De ꝓprietate monachorum dñi Johãnis tritemii abbatis.



Domg de Couis

Disertissimi ac deuotissimi abbatis dñi Johã nis tritemii de proprietate monachorũ tractat⁹ pulcherrimus ⁊ per oia vtilissimus.

Capitula libri.

fol. Incipit liber de ꝓprietate monachoꝝ. ca.i.
De tribus votis substantialibus monastice reli-
9 gionis quibus ois religio innititur. capm.ii.
4 Quã periculosum sit votum nõ reddere. ca.iii.
5 Quod ius canonicum ꝓpriũ habere monacho
sub grauissimis penis simpliciter iterdicat. c.iiii.
8 Ex dictis sanctoꝝ patrũ ꝓbatur ꝙ peculiũ mona
cho penitus interdictum sit. capitulum.v.
12 Utrum abbas monacho possit concedere pro-
prium. capitulum sextum.
15 Contra excusantes ꝓprietatis viciũ. ca.vii.
17 Quod ex ꝓprietate monachoꝝ multa mala ⁊ pi
cula aiarum ꝓueniant. ca.viii.
19 Quemadmodum monachi debeant habere ne
cessaria. capitulum.ix
20 Contra hoc ꝓprietatis vicium admonitio.ca.x.

Finis

Capitulum primũ/ siue libri peroratio

OMnes ad vitam eternam sine personarũ acceptione sumus vocati/ omẽs etiã illuc peruenire cupimus: sed ambulare per angustam viam omnes formidamus. Dicit autem scriptura Regnum dei vim patitur et violẽti rapiunt illud Angusta siquidẽ est via que ducit ad vitam et pauci sunt qui ambulẽt per eam. Que est angusta via? Propriam voluntatem propter dei amorem deserere/ voluptates carnis nõ amare mundũ et omnia que illius sunt contemnere. Patientiam in aduersis habere. iniuriam nõ vindicare/ inimicis benefacere/ odientes se diligere/ diuitias terrenas cum affectu habendi derelinquere/ voluntariã paupertatem in hũilitatis spiritu diligere. Hec est angusta semita/ hoc arduũ salutis iter/ hec via que ducit ad vitam eternam De hac sentẽcia dñs dicit Qui vult venire post me abneget semetipm̃/ et tollat crucem suã et sequatur me. Crux nostra fratres ꝓprie volũtatis abnegatio est. vt scdm̃ spm̃ conuersantes carnis desideria nõ faciamus. Quid voluntatem nr̃am querimus si veri monachi sumus? Ecce dei fili⁹ facere volũtatem ꝓpriam ꝑ nostra salute noluit et nos ꝓhdolor maiorum imperio reluctamur Nunquid nõ ista est ampla via que ducit ad perditionẽ/ in qua omnes que sua sunt querunt non que iesu christi. Si monachus es / vt quid voluntatem tibi vsurpas alienã? Enimuero postea ꝙ iugo regule caput tuum subiecisti/ voluntas tua

non amplius est tua/sed eius quem ducem et moderatorem tibi prefecisti. Iam itaque missa manu ad aratrū non licet tibi i post tergum respicere/nec voluntatē tuā debes cōstituere/qr viam dei angustam alius nemo inveritate graditur/ nisi qui carnis cōcupiscentie forti aimo reluctatur. Beatus q̄ non abiit in cōsilio impiorum / et qui in via pctorum non stetit/nec post mundi vanitates ambulauit. Beati imaculati in via /q̄ ambulāt i lege dn̄i. Felix hō qui per angustum iter graditur/qui dn̄m iesum ꝓposse imitatur/qui voluntatem suam intuitu salutis deserit/qui contēpto mundo/se alterius imperio submittit. Et quāq̄ in seculo ista possit haberi conuersatio. qr tn̄ paucis hoc posse cōceditur/ propterea nobis monastica religio a sanctis persuadetur. Multis eñ occasiōibus delinquendi vita secularis inuoluitur. Magnis terrenarum sollicitudinū curis anxiatur/et in bono ꝓposito stabilis.nūq̄ permittitur. Hodie se ad dn̄m ꝓponit conuertere / et cras de mūdi negociis cōpellitur iterū cogitare. Quisquis ergo oīpotenti deo in libertate spiritus famulari desiderat/ad tutissimū quietis portū se conferat/et contempto seculo rebusq̄ mundi/collū institutis regularibus humiliter submittat. Hec summa philosophia est xp̄m ꝓposse imitari qui i euangelio dicebat Nō veni facere voluntatē meā sed eius qui misit me patris. Oportet ergo voluntatem christi imitari/omnē a se mundi huius substantiam alienam facere et obedientiam euangelicam studiosius obseruare. Sic enim ipse dominus

2

precipit Qui non renunciat omnibus que possi-
det/non meus potest esse discipulus Et iterum Si
vis perfectus esse/vende omnia que habes & da
pauperibus / et veni sequere me et habebis the-
saurum in celis. Hec sunt precepta eorum qui se
culo renunciant / qui in monasteriis constituti vi
tam regularem obseruant / qui in semitis obedi-
entie conuersantur. Alia enim sunt precepta
que dantur fidelibus communem in seculo vitaz
agentibus / atqz alia mundi actioni renuncianti
bus. Illis namqz precipitur / vt omnia sua bene
gerant/istis vt omnia sua derelinquant. Illi p̄-
ceptis generalibus astringuntur / isti precepta
communia perfectius conuersando transcen-
dunt. Monachis vero qui ad perfectionem ten
dunt non sufficit omnia relinquere/ nisi etiam cu
rent christum sanctis moribus imitari. Que est
imitatio christi? Obedientiam colere / humilita-
tem et patientiam custodire / castitatem amare.
Super omnia seruare charitatem. Ipse chri-
stus humilitatis et paupertatis amator est. Imi
tatores igitur humiles/ac pauperes spiritu requi
rit. Hinc ad fidelem animam per prophetam di-
cit. In camino paupertatis elegi te. Et in euan-
gelio ad discipulos. Beati inquit pauperes spiri-
tu quoniam vestrum est regnum celorum. Non
omnes beati sunt pauperes / sed illi duntaxat
qui in spiritu humilitatis et in animo contrito/
spretis omnibus christum in itinis sequūtur qqz
veracit dicere ad dn̄m p̄nt. Ecce nos reliq̄m⁹ oīa

et sequuti sumus te/hec autem gloriatio veris mo
nachis cōuenit/qui contempto seculo penitus stu-
dent esse quod dicūtur. his ꝑfecto dn̄s ꝓmittit d
cens. Amen dico vobis omnis qui reliquerit do-
mū aut parētes fratres aut sorores ⁊ cetera q̄ em
merat centuplū accipiet/⁊ vitam eternā possidebi
Enimuero quisquis pro dei amore om̄s mūdi va-
nitates contempserit/seq3 ad interne cōtemplatio
nis dulcedinem cōtulerit tantā in his ipsis exerci-
ciis suauitatem inueniet. vt in eius cōparatione se
nichil estimet dimisisse. Qui em̄ ꝑ consequenda e-
terna vita carnis sue voluptates ardenti in deum
animo cōtempserit/ qui oēs mundi huius diuicias
celestiū desiderio inflammatus calcauerit/qui seip
sum sibi abnegans alterius imperio ꝓpter deum
vsq3 in finem submiserit/habere centuplū sine du-
bio dignus erit. Em̄uero postq̄ꝫ diuine contēplati
onis dulcedinē semel perceperit / nichil est ꝙ eum
deinceps a sancto ꝓposito retrahere possit. Vitaz
triū dierū ex egipto ꝑ desertum ambulare scriptu
ra nos admonet/quatenus ad mōtem sancte con
templationis gradatim venientes in tranquillita
te mentis dn̄o famulemus. Sic em̄ exodus hz. Dn̄s
deus hebreoꝝ vocauit nos. vt eamus viam trium
dierum in solitudinē ⁊ sacrificemꝰ dn̄o deo nostro/
ne forte accidat nobis pestis aut gladius. his ver
bis monastice ꝯuersationis sūma describitur/dum
triū dierū iter ꝑagendum indicitur.

¶ De tribus votis substātialibus mona
stice religionis quibus omnis religio inni
titur. Capitulum secundum.

Rex egipti pharao ppl̃m dei vehemẽter luto quondam afflixisse legitur/dum eos fugere de suo impio frustra meditatur. Rex egypti dyabolus est qui fugientes mundum dolis multis persequitur eosq3 retrahere ad suũ impium meditatur. Egyptus em̃ tenebre angustia siue tribulatio interpretata dr̃/per quã presens seculum designatur. Quisquis ergo mundi huius tenebro si negocijs premitur habitare in egypto memorat Sed mox vt mũdum fugere ac monastice solitudinis amena querere deliberat dyaboli tentamenta quasi pharaonis imperium durius portat. Uiam triũ dierũ ambulare per desertum spirituali deuotione nititur. sed mũdi vanitatibꝰ irretitus p dyabolum impedtur Nemo em̃ facile de tenebris egypti potest exire nisi in manu forti et brachio extẽto Non oĩbus data est hec gratia vt mundum possit cõtemnere et per mõtẽ triũ dierũ ad mõtem regularis discipline puenire. Multi em̃ sunt vocati pauci vero electi. qz in egypto plures malunt lutosi cõsistere q̃ in deserti lumine habitare. Lata enim est via que ducit ad perditionem et multi ambulant per eam. Augustũ vero iter pauci ambulant. qz carnis cõcupiscentias plurimi amant ꝛ fugere de tenebris egypti dissimulãt. Beati vero illi censendi sũt quibus mundus iste crucifixus est/qui carnẽ suam crucifixerũt cum vicijs et cõcupiscentijs/quos de egypto liberauit gratia xp̃i. ꝛ intro duxit in montẽ sanctificationis sue gaudentes. Uiam itaq3 trium dierum/ex egypto ambulat qui spretis seculi pompis sancte religionis heremũ intrat/ꝛ corpus suuz

per obedientiam castitatem et ꝓprii abdicationē
castigat. Prime etem̄ diei iter est om̄ia terrena ꝓ
dei amore relinquere/ et nichil amplius de reb⁹ mū
danis cogitare. Nisi em̄ ꝓpriū quisq; dimiserit ad
monastice vite conuersationē inhabilis erit. Adeo
quippe ꝓprietatis abdicatio ad substantiā religio
nis ꝑtinet. vt sine illa monachus dici nemo queat.
Venditis itaq; rebus seculi/ distributisq; ritei vsus
pauperum secunde diei via per obedientiam cōti-
nuāda indicitur. Hec in radice humilitatis figitur
et in altum caritatis eleuatur. Queādmodū per
inobediētiam primoꝝ parentum om̄es a paradisi
gaudiis cecidimus/ ita per arduū iter obedientie
adiuuante dño nos resurgere debere scimus. Nul
la monachoꝝ sine obediētia merita sunt. sine humi
litate virtutes nulle. Quisquis igitur egiptū fugi
ens tenebrosum ad lucē claritatis eterne cupis ꝑ-
tingere humilē obedientiā cura sollicite custodire.
Dicit em̄ scriptura Melior est obedientia q̄ victi-
me et auscultare magis q̄ offerre adipē arietum.
Hoc voto sancte obedientie oīa includuntur q̄ ad
obseruātiam regularē pertinēt/ qm̄ quicquid in re
gula precipitur per solam obedientiam adimplet.
Quicquid em̄ sancti et honesti per presidentē mona
cho iniūgitur in obediētia regulari solidatur. Hoc
secunde diei iter pauci in veritate ambulant. quia
facilius est sua derelinquere q̄ semetipsum abne-
gare. Ardua nāq; via est alterius se voluntati sub
mittere et suam voluntatem penitus nō amare/ si-
cut filii israel egyptum cum gaudio et leticia exe-

untes/statim in deserto contra dominū et moysem
murmurarūt/ita multi cōtemptis rebus seculi mo
nasticum iter cum magno feruore arripiūt / qui ta
men contra obedientiam prelatorum plerūq; gra
uiter inardescunt/ꝛ qui in libertate prius positi cū
hilaritate videbantur currere/iam sub obedientia
constituti de arrepto itinere inueniuntur penitere
Sed omnes qui contra ducem in deserto murmu
rabant in via deficiētes /terram repromissam non
introierunt. Hinc metuant monachi omnes qui ꝓ
positi sui executionē negligunt/ ꝛ iter sanctum triū
substantialium peragere contēnūt. Cadunt in so
litudine mortui. qui viuere in egypto videbantur
Eniuero tercii diei iter quomodo poterit perficere
quem constat in secundi via defecisse? Aut quādo
castitas monachorū apud districtū iudicem pote-
rit esse meritoria si contēnatur obedientia? Tercii
enī di ei via/est castitas que nūq̄ in veritate acqui-
ritur/si obedientia deseratur. O quot hodie mona
stico vocabulo se exhibent/qui in cenobiis quidem
corpore cōstituti sunt/sed animo ꝛ actione seculari
ter viuunt Resumunt peculium quod dimiserunt
Obedientiam despiciunt quam spoponderūt Ca
stitatem violant quam solenniter vouerunt. Tria
substantialia religionis sue vota/transgredi non
metuunt et se monachos esse gloriantur. O vana
religio in qua voti consideratio nō habetur. Quid
aurū et argentū cōgregat/qui monachū ꝓfitetur?
Quid peculium o monache possides q̄ volūtariā
vouisti paupertatē? Eniuero mōachꝰ n̄ ē q̄ diuicias i

mundo possidet. Igitur contra hoc ppzietatis vi cium nos loqui cōpellit occasio que nota est his q ad scribendum nos puocarant. Multos em̄ hoc morbo cōfectos religiosi nominis viros cernimus et dolemus

Quam periculosum sit votū reddere
Capitulum tercium

Audi o monache ingrate/ quid tibi diuina scriptura precipiat. Ait em̄ Si quid dn̄o vouisti ne moreris reddere. Displicet ei in fidelis et stulta pmissio. Multo em̄ melius est non vouere q̄ pmissum negare. Quicquid igitur deo voueris redde. Uis nosse quid illi pmiseris? Regulam tuam scd̄m quā viuere spopondisti considera. Quid illa precipit? Audi sūmariū Conuersionem morum tuor scd̄m ordinationē tibi indicit monasticam. Deinde abdicationem omnis proprietatis vsq ad acus valorē tibi mandat perpetuam obedientiāq atq castitatem tibi precipit. Et stabilitatem tibi ordinis vsq ad obitum continuandā imponit. Hec est summa pmissionis tue. Hec est necessitas monastice disciplime / quā si temere transgressus fueris/voti preuaricator eris Si vidua cōtinentiam perpetuam vouerit nubere ei de cetero non licebit. Si aūt post votum nupserit/contra se deū irritauit. Ante q̄ pmitteret deo vt esset vidua in ipsius erat ptāte nubere. Post q̄ vero semel cōtinētiam vouit/iam deinceps libertatem nubendi penitus amisit. Sic et tu monache ante q̄ deo promitteres obseruātiam regularem/liber eras/ poteras inculpate sine voti pmissione viuere r in via

mandatoꝝ dei ambulare Quis ad ꝓmittendum deo te cōpulit? Nonne tui arbitrii erat quod volebas facere? Vox tua ligauit te deo / iam deinceps nō es liber sed seruꝰ iesu xp̄i Promisisti/dei esse cepisti. Deus qđ suum est non vult dimittere /nec honorem suum alteri dare. Jam tibi non licet post respicere. Semel emissum dei votum non poteris reuocare. qꝛ cū deo causam habes agere. Quid igit vanis cogitationibus estuas. Ad quid de bono ꝓposito male cogitas. Nō est ꝑfecto irritabilis deꝰ Si sanctum ergo propositum tuum violaueris / si votum tuum temeraria presumptione transgressꝰ fueris nō habebit te deus in eo gradu quo antea habuit sed tanq̄ infidelem ꝓfugum et apostataꝫ te iudicabit/quippe qui prestitā dn̄o tuo fidem impia presumptione irritam fecisti Ad te igitur o monache dicit deus. Quid me infideli ꝓmissione tua irrides? Cur pristina vicia repetis? Quare prestitā michi fidem īfringis. Ego tibi libertatem arbitrii cōtuli Quis te cocgit ꝓmittere quod reddere nō volebas. Nūquid necessitate te compuli/voluntas tua ligauit te michi. pactū meū si violaueris / non amicus sed hostis eris Dum adhuc tu esses in seculo eras quidem de familia mea/sed non eras de ministerialibus neq; de intimis seruitoribus. Quemadmodum eñi princeps aliquis potens/multos quidem in regno subiectos sibi habens hoīes quosdā agroꝝ cultores/quosdā v° pastores āt alios quoslibet artifices siue operarios ex eis constituit/atq; ex his omnibus quosdam sibi fideles quotidie assistere facit/qui seipsos negligentes illi toto studio

famulantur: sic ego ex michi subiectis in fide/quos volo eligo/quos velut ministros intimos diligo et honoro Tu ergo q̄ ꝓmissa michi fidelitate/de multitudine meorum ad seruiēdum in conspectu meo spontanea voluntate accessisti/de intimus familiaribus meis esse cepisti. Si michi deiceps in aliquo recalcitraueris/et fidem ꝓmissam fregeris/nō habebo te in eo loco quo habebam prius/ sed iter inimicos infideles te cōputabo. Quanto enim peruo ti ꝓmissionē michi ꝓximus factus es/ tanto displicebis amplius si aliter vixeris q̄ ꝓmisisti. Exigo nunc a te ꝓmissum/quod non exegi ꝓmittendum Monachus es/non nisi monachus saluaberis. Si aliter vixeris q̄ monachus: veluti preuaricatorez federis mei cōdēnabo te. Si vero vsq̄ in finem michi fidelis permanseris/magn⁹ in meo regno eris et cum omnibus sanctis ineternum feliciter exultabis.. Uotum itaq̄ tuum considera o monache/ ꝛ cura solicite adimplere quod ꝓmisisti/ quia nisi regulariter in cenobio vixeris cum impiis portionez habebis. Sed q: de vicio ꝓprietatis loqui specialiter intendimus/oportunum videtur vt stilum ad materiam dirigamus.

Quod ius canonicum ꝓprium monacho sub grauissimis penis simpliciter inēdicat. Capitulum quartum

Detestabile ꝓprietatis vicium in monachis cupientes ꝓ viribus extirpare/ sermonē iuris canonici attestatione cōprobemus/vt dum auctoritate vniuersalis ecclesie loquimur/nullam a peruersis contradictionē patia-

mur. Tante eñi auctoritatis sunt decreta ecclesia-
stica. vt quisquis cõtradicere illis presumpserit/ nõ
catholicus sed hostis ecclesie iudicetur. Quicquid
ergo auctoritate ecclesie precipitur tanq̃ euange
lium ab oĩbus habeatur. Audi nũc monache qui
ꝓprium possides/ quid vicarius xp̃i dicat in perso
na ecclesie ꝓhibemus inquit districte ĩ virtute san
cte obedientie sub obtestatiõe diuini iudicii/ ne q̃s
monachoꝝ ꝓprium aliquõ possideat / sꝫ si quis alĩ
quid hꝫ ꝓprium totum incontinenti resignet. Si
vero post hoc ꝓprietatem aliquam habere depre
hensus fuerit/ regulari monitione p̃missa de mona
sterio expellatur nec recipiatur vlterius/ nisi peni-
teat sc̃dm monasticam disciplinã. Quod si ꝓprie-
tas apud quẽquam in morte reperta fuerit: ip̃a cũ
eo in signũ perditionis extra monasteriũ ĩ sterqui
linio subterreẽ sc̃dm ꝙ beatus gregorius papa in
libro dyalogoꝝ fecisse legiẽ. Unde si quicq̃ alicui
fuerit specialiter destinatum/ nõ presumat illud ac
cipere/ sed abbati vel priori aut cellarario assigneẽ
Hec sũt v̾ba eccľie q̃ sanct᷒ papa innocẽti᷒ terti᷒
q̃ ꝓpter sciẽtie ꝓbatissime eminẽtiã lucerna iuris
merito vocitaẽ in cõcilio gñali ꝓmulgauit et in. c.
Cũ ad mõasteriũ hñtur. ꝛ ĩ. c. monachi. dr̃. Mõach᷒
q̃ peculiũ hũerit. nisi ab abbẽ fuerit ei ꝓ iũcta ad
ministratõe ꝑmissũ: a cõiõe remoueaẽ altaris Et q̃
in extremis cũ peculio iuẽt᷒ fuerit / ꝛ digne nõ pe-
nituerit/ nec oblatio ꝓ eo fiat nec inẽ ffes recipiat
sepulturã Abbas aũt q̃ diligẽẽ ista ñ curauerit/ offi
cii sui iacturã se nouerit icursurũ Hic attẽdãt mõa
chi fallacesq̃ sñ admistratõe aliq̃ peculiũ possidẽt q̃

ſe apud deum in conſcientia ſecuroſ exiſtimant / ſi de abbatis licentia peccant. Dicit enim in cõſtitutiõne ſua vicarius chriſti. Nec eſtimet abbas q ſuper habẽda ꝓprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare. qꝛ abdicatio proprietatis ſicut et cuſtodia caſtitatis adeo ãnexa eſt regule monachali. vt cõtra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiã indulgere. Quid adhuc excuſationes in pctis o monachi queritis qui cõtra regulã votũ et decretũ ſũmi pontificis ꝓprium poſſidetis? Quid falſam abbatis auctoritatem ꝓ excuſatione veſtra aſſumitis. q ſummũ pontificem nõ poſſe diſpẽſare cũ monacho vt habeat ꝓprium auditis? Enimuero quod vicarius xp̄i ſe poſſe facere negat? hõ non preſumat. Sicut abbas tuus tecũ diſpenſare nõ põt. vt deo ꝓmiſſã caſtitatem violes / ita nec licenciã indulgere vt ꝓprium poſſideas. Prelatus ergo qui monacho cõtra regulam peculiũ indulſerit votum ſuũ violauit Caueat itaqꝫ ne preuaricatorem ſe regule conſtituat. ſi ꝓprium qd non lꝫ monacho cõcedat. Deniqꝫ ex ſeueritate indicte pene colligitur. quid de huius vicii grauitate cogitãdum iudicetur. Non enim leui penitentia hec culpa corripitur / dum a cõione altaris remouet. Ceterorum viciorum penitẽtie per mortem ſaltem deficiũt / hoc ꝓprietatis vicium nõ ſolum in hac vita duriſſima diſtrictiõe corripitur / ſed etiã poſt mortem terribili animaduerſione punitur. Et iuſta quidẽ huius ꝓuaricatiõis dãnatio. Sane monachus qui in congregatione fratrũ contra vnitatis normam ꝓprium aliquid poſſidet? ab eorum ſe conſortio facit alienum. Cum ergo viuẽs ſuo vicio

concordiam fraternitatis impia presumptione tur
bauerit. cum se ab vnionis obseruantia voluntarie
diuiserit/indignus est fraternã inter alios recipere
sepulturam. Omnia vicia monachoꝝ leui quadaꝫ
miseratione puniũtur ad arbitriũ presidentis. So
la ꝓprietas est que reũ a cõmunione sanctoꝝ tan=
q̃ mẽdacẽ spiritui sancto eliminat. Unde precipit
viuus de monasterio ꝓiici. ⁊ mortuus extra mona
steriũ in sterquilinio sepeliri. Monachus itaq; ꝓꝑe
tarius tanq̃ leprosus de congregatione fraterni=
tatis expellendus est / ne totum ouile suo detesta
bili vicio cõmaculet. Nemo e fratribus illum suf
ferat nemo cõscius viciũ illius tam enorme dissimu
let nemo reum occultet. Omnes vnanimiter zelo
discipline contra preuaricatorẽ insurgant de con=
gregatione puerium incorrigibilẽ expellant. Oẽs
de cõi periculo paueant. Meminerint quid contra
preuaricatorẽ acharũ dñs ad iosue ducẽ populi di
xit/et de simili casu metuant. Non ero inquit vltra
vobiscum donec conteratis eum qui huiꝰ sceleris
reus est. Sicut ergo precipiente dño populꝰ israel
acharũ lapidibus obruit. ⁊ cessauit cõtra eos indi=
gnatio. ita zelosi monachi ꝓprietariũ in sua cõgre
gatione viuere nullatenus sinant. sed admonitum
prius incorrigibilem de monasterio expellãt. Nec
videatur eis crudele ꝓfessum contumacem expel
lere. qꝛ minoris est dãni si vnus idu ratus suo vicio
pereat q̃ vt totam cõgregationẽ exemplo pessimo
corrumpat. dicit enim apostolꝰ. Impius si discedit
discedat. Si quis tamen in hoc crimine incorrigibi
lis repertus fuerit/ad carcerem detrudatur donec

viciū suum recognoscat ꝛ ꝓmittat emendationem Melius est enī si fieri potest vt clausus in carcere peniteat/ ꝙ expulsus vagus ꝛ desperatus per mūdum in ordinis scādalum discurrat. Omia vero que ad sustentationē corporis necessaria sunt mōachis per abbatem distribuantur/ qꝛ tunc eos ad obseruātiam mandatoꝝ regule absqꝫ cōtradictiōe poterit audacter cōpellere si de necessariis vite neque ant rationabiliter murmurare. Sic enī de pumitiua ecclesia apostoloꝝ legitur. Erant eis oīa communia. nec quisquā eoꝝ aliquid habebat ꝓprium sed dabatur singulis ꝓut vnicuiqꝫ opus erat. Quicūqꝫ enī vitam eoꝝ voluisset cum fide xp̄iana assumere/ vēdebat si quicq̄d habebat ꝓprium ꝛ p̄cium ponebat ante pedes apostoloꝝ. Ananias aūt ꝛ saphira qui cōtra institutionē apostolice ꝯuersatiōis peculiū possidere occulte presumpserāt/ duram perditionis sententiam exceperūt. Simili pena digni sunt monachi/ qui reperti fuerint ꝓprietatis vicio delectari. Graue etenī crimē cōmittitur ꝓ cuius expiatione/ offerri sacra oblatio ꝓhibetur. Dānatōis certe sententiam euadere non poterit monachus ꝓprietarius qui sine penitētia ex hac vita decesserit. Omēs itaqꝫ monachi adeo sine ꝓp̄o viuere sunt obligati/ vt nulla dispensatōe abbatis/ a voto paupertatis queāt absolui. Et de his quidem copiosa iuris pontificii possemus adducere testimonia nisi ꝓpositū breuitatis/ nos cōpelleret ad alia festinare. Hec igitur ex iure ꝓlata sufficiant. qđ restat docendum/ dictis sanctorum patrum/ et regulis comprobemus.

¶ Ex dictis sanctoꝝ patrum ꝓbatur ꝙ peculium monacho penitus interdictũ sit. Capm. v.

Reuoluamus oim sanctorũ patrũ scripta et regulas et nusꝗ inuenimus monacho pecuniũ vllatenus permissum. Oẽs eñ hoc vicium dãnant. Oẽs ꝓprium monacho ꝓhibent/ oẽs in cõi viuere/ renũciantes seculo precipiũt. Et prio quidem sãctum legislatorem nr̃m benedictum audiamus in regula. Dicit eñ Precipue hoc vicium radicitus amputandum est de monasterio/ ne quis presumat aliquid habere ꝓprium nullã oino rem. neqꝫ tabulas/ neqꝫ codicẽ/ neqꝫ graphium. sed nichil oino. quippe qb⁹ nec corpa sua habere licet ĩ ꝓpria potestate Neqꝫ presumat quisꝗ aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis. Et post pauca/ ꝙ si quisquã in hoc nequissimo vicio deprehensus fuerit delectari/ admoneatur semel ⁊ iterũ. Si nõ emẽdauerit/ correptioni subiaceat Sanct⁹ quoqꝫ basilius in regula monachoꝝ dicit. Si quis sibi ꝓpriũ dicit esse aliquid. sine dubio alienum se facit ab electis dei ⁊ a charitate xp̃i. qui docuit ꝟbo/ et ope cõpleuit. qui aiam suam posuit ꝓ amicis suis. Si ergo ipse aiam suã posuit / quõ nos etiam ea q̃ extra aiam sunt nobis vendicabimus? Si nõ acqescit monachus doctrine dñi dicentis. Diligite inuicem sicut ⁊ ego dilexi vos acquiescat apostolo dicenti. auferte malũ ex vobis ipsis/ ne forte accidat vt modicũ fermẽtum totã massam corrumpat. In admonitionibus quoqꝫ ad monachos idem basilius dicit Quotidiano victu contẽt⁹ esto. ⁊ qcqꝗ superest tanꝗ impedimentũ huius ꝓpositi ꝓiice abs

te. Multi enim per auariciam mortis periculum inci derunt. Propter auariciam: achar cum suis omni bus lapidatus est. Saul a dño factus est alienus/ et ad extremũ de regali culmine pulsus / ab inimicis suis peremptus est. Alienũ te facito fili mi ab hoc vicio/ et volũtariã paupertatem libẽter amplectere

Jeronimus. Beatus quoqȝ hieronimus dicit in normula virgi num. Qui iam renũciauerunt omnibus que possi dent/ et voto sub iuramẽti pollicitatione ꝓmiserũt nichil tẽporale nichil terrenum non solũ possidere

Augustinus sed nec quidem appetere. Et sanctus doctor augu stinus in suo canone precipiens fratribus dicit. Nõ dicatis aliquid ꝓprium. sed sint vobis oĩa cõmunia et distribuatur vnicuiqȝ vestrũ a preposito vestro. victus et tegumentum. In antiquissima quoqȝ pau li et stephani regula dr. Nulli fratrũ liceat vel po mũ vel quodcũqȝ olerũ aut cõdimẽtorũ vel aliud ali quid ad vsus suos quasi peculiari apparatu habe re ne maligno detur occasio. Et iterũ post pauca. Nulli liceat vel vestimentum vel calciamẽtum aut tabulas vel cuiuscũqȝ rei paruissime tam nouũ ꝙ vetus/ nec quicꝙ quod alteri fratri datũ fuerit pra ua ꝓsumptione contingere ad vtendum. Nec inter se fratribus liceat. vt id qđ de cõmuni quisꝙ accepe rit nisi permissiõe abbatis cum alio fratre quasi pe culiari amore cõmutare. ne hac occasione nascatur amor illicitus/ sed vnusquisqȝ quod ei caritatis di stributione datur/ hoc libens et bona voluntate ac

pachomius cipiat. In regula quoqȝ sancti pachomii legitur. De inde instruendus monachus fieri cupiens/ ab eo ꝙ preest patre. vt sibi nichil reliquat nisi crucem chri

sti quam teneat/et sequatur dominum. Et in regu-
la sanctorum patrum/que pactum monachorũ di-
citur. Ante omnia habentes caritatem / humili-
tatem/patientiam/mansuetudinem et cetera que
docet sanctus apostolus. ita vt nemo quicq̃ suum
vendicet sicut scriptum est in actibus apostolorum.
habeant omnia communia. Et iohannes gerundẽ
sis ep̃s in regula monachorum. Quicunq; in mõa
sterium susceptus fuerit/ nõ solum de substãtia quã
intulit / sed nec de semetipso ab illa hora iudicabit
Nam si aliquid prius intulit fratribus. ipi tamẽ nõ
est licitum vt aliquid habeat ĩ sua potestate. In re
gula etiam pachomii angelica /dicitur. Nemo in
domo et cellula sua habeat aliquid preter ea que ĩ
cõmuni monasterii lege precepta sunt. Non tunicã
non laneam. non pallium. non pellem intonsis arie
tum lanis molliorẽ. nõ nũmos quantulibet paucos
nec puluillũ quidem ad caput. Oresiesus quoq; in
doctrina monachorum sic loquitur. Uigilemus at
tentius et sciamus quã magnã nobis deus prestite
rit' gratiã per patrẽ nostrũ pachomiũ vt renuncia
remus seculo et oẽm sollicitudinẽ mũdi et curas re
rum secularium pro nichilo deponeremus. Que enĩ no
bis occasio relicta est vt habeamus quippiã pprium
a funiculo vsq; ad corrigiam calciamẽti/cũ habea
mus prepositos qui pro nobis solliciti sunt tã in cibo
q̃ in vestitu? Liberi sumus/iugum de ceruicibus no
stris mũdane seruitutis abiecimus/ cur rursum vo
lumus reuerti ad vomitũ nr̃m/ et aliq̃d hẽre vñ sollici
ti simus/ et qđ pdere metuamus? Ad quos vsus supfluũ
palliolũ/aut epule lautiores/aut mollior lectus/ cũ

omnia in cœlis sint preparata. et cruce xp̄i nichil du-
rius sit? Sufficit nobis habere qd̄ hoi satis est. Tā
tam veteres obseruātiā pauptati monastice adhi
bebāt/ vt paucissimis cōtenti/ paruissime rei super-
fluitatem peculiū. et ob id dānabilem in monacho
penitus iudicarent. Hinc sanctus pater colūban⁹
abbas in sua regula p̄cipit dicēs. Monachis q̄bus
p xp̄o mūdus crucifixus est/ et ipi mūdo cupiditas
cauēda est. nimirū dum nō solū superfluū eos hēre
dānabile est/ sed etiam velle. quoꝝ non census / sed
volūtas queritur. qui relinquētes oia et xp̄m dn̄m
cum timoris cruce quotidian⁹ sequētes/ i celis hn̄t
thesauros. Idcirco dū in celis multa sunt habituri
paruo et extreme necessitatis cēsu in terris debēt
esse contēti. scientes leprā esse cupiditatē mōachis
Ideo ergo nuditas et facultatum cōtemptus pria
perfectio est monachoꝝ. Scd̄a vero/ purgatio vi-
cioꝝ. Tertia perfectissima dei continuata dilectio
ac diuinoꝝ iugis amor/ qui terrenorum succedit o-
bliuioni. Idem etiā in libro de quotidianis penitē-
ciis monachoꝝ/ sic statuit mōachus qui dixerit suū
aliquid ꝓpriū. sex ꝑcussionibus emēdet. In codē
volumine circa finem denuo sic precipit Operis pe
culiaris presumptio/ centū plagis emēdetur. Pos
sessio alicuius rei quā non necessitas gn̄aliter oib⁹
fratribus concessit/ amissione einsdē et cētum pla-
gis coerceatur. Et in regula ysidori dr̄. Monachis
aūt sūmopere studendū est vt aplicam vitam tenē
tes/ sicut in vnū constituti esse noscūtur / ita vnum
cor habeant in dn̄o/ nichil sibi ꝓpriū vendicantes/
nichilq3 in quātulūcūq3. amorem rei priuate gerē

tes/sed iuxta exemplū apostolicū oīa cōmunia habentes in preceptis xp̄i fideliter permanēdo pficiant. In regula quoqȝ fructuosi ep̄i inter alia sic p̄cipitur. Nec quisq̄ e monachis suū asserens dicat codex meus/tabule mee et reliqua. Quod verbum si de ore eius effugerit/penitētie subiacebit/ ne velut ppria quitȝ in monasterio habere videatur / sȝ sint illis/sicut scriptū est oīa communia. Hinc i religiōe nr̄a apud reformatos et regulariter vivētes vsus obtinuit/vt suum dicere aliquid (etiā ioco) devotus nemo presumat. Et in octauo capitulo idem fructuosus iterū sic precipit. Nuditas et parcimonia ciborū et lectulorum duricia amplectatur. Peculiaritas in vtensilibus aut in vestimētis aut i quibusȝ rebus etiam vilissimis et abiectis oimodo vitetur qȝ abominatio mōachis est ⁊ infamiū quicq̄ possidere. Munus deniqȝ quodȝ sine ep̄las nemo monachus accipiat. Deniqȝ in regula cenobii scti; ferreoli ep̄i et martiris decimo capl̄o sic scribitur. Illud etiam statui debere pspeximus/vt nullus monachorum aliquid sibi pprium absqȝ societate fratrū audeat dicere/ita vt etiam in his q̄ sua sūt nichil amplius credat sibi iuris esse q̄ ceteris. qȝ cū seipsum alterius subdidit ptāti/oīa secū in alienā ptātem transmisit. Quicq̄d ergo secū rex detulerit/ expetito cōsortio monachorum/ac vbi corpori ꝯgregatiōis membrū factus adheserit/statim cognoscat oia in communionē trāsisse. Et hoc totū iudicet ppriū quicq̄d cum fratribus possederit idiuisū. In regula quoqȝ sancti aureliani ep̄i. xxv. ca. dr̄. Nullus presumat quicq̄ suum dicere aut sibi ppriū vendicare/sed se

cundum actus apłoꝝ sint vobis oīa cōmunia/ et sit vobis aīma vna et coꝛ vnū in dn̄o. Et in regula abbatis cassiani dr̄. Nec qnicq̄ peculiare liceat mōacho possidere sed ita se nudatum ex oi parte cognoscat/ vt preter tunicā/palliū calciariū vel matulam suam nichil amplius habeat/ et nec verbo quidem audeat dicere aliquid suum. quod magnum sit crimen ex oꝛe monachi ꝓcessisse tunicam meam /codicem meum/tabulas meas/graphium meum. et cetera his similia. Nam si huiusmodi v̄bum p̄ surreptionem vł ignoꝛantiā de oꝛe eius effuderit. Digna ꝓ hoc penitētia satisfaciens / veniam petat in terra pꝛostratus. Item in regula tarnatensi capitulo quartodecimo sic legitur. Hec sunt que in monasterio constitutis ꝓ dei amoꝛe et timoꝛe cōuenit obseruare ꝓpter quod in vnum estis ꝓ timoꝛe dn̄i cōgregati. Opoꝛtet vt in domo domini vnanimes habitetis/et sit vobis aīa vna et coꝛ vnum in timore domini peruigilans/nichilq3 vos habere ꝓpriū reputetis/sed sint cuncta cōmunia que vobis abbatis imperio dispensantur. Et in regula monachoꝝ oꝛiētaliū dr̄. Inter omēs fratres hoc obseruabitur vt obedientes senioꝛibus suis et deferentes sibi inuicem habeant paciētiam/moderationem/ humilitatem/charitatem/pacē sine figmento et mēdacio et maledictione/et v̄bositate/ et iurandi cōsuetudine. ita vt nemo suum quicq̄ vendicet neq3 vllꝰ aliquid peculiariter vsurpet/sed habeant omia communia. Sed et sine senioꝝ v̄bo et auctoꝛitate nullꝰ frater quicq̄ agat/neq3 accipiat aliquid neq3 det. Vigilius quoq3 dyachonus et abbas in.lxxxiii.ca.

sue regule sic loquitur. Si quid peculiare apud ali
quē iuentū fuerit grādi cū abbas ꝛ diuturna excōi
catione ꝯdēnet/vt illius exēplo deterriti oēs/null⁹
hoc audeat imitari. Et beatus cesarius episcopus
arelateñ. in.xv.ca.regule sue dicit. Nemo sibi ali-
quid iudicet ꝓpꝛium siue in vestimento/siue in alia
quacūqz re magna vel parua. Aurelianus ep̄s in
regula ad moniales capi.iii.sic dicit. Nichil occulte
accipiatis sed si quis ꝓpinquus aut amic⁹ aliquid
in vestimento aut in auro vł aliud quodcūqz dede
rit aut trāsmiserit/in ptāte sit abbatisse. Et si illi cui
transmittit necesse fuerit/tribuał. Sin xo illa nō in
diget/in cōmune redactū/cui est necessariū tribuał.
Item in regula serui dei ad sorores.ca.xvii.scribit.
Propꝛiū aliqd in monasterio nichil est habendū.sed
potius ꝓpł nomē dñi oīa ꝯtēnēda sunt. Quid ei ꝓ
pꝛiū aliquid suū/ fidelis aīa de rebus mundi vēdi-
cet/cū mūdus crucifix⁹ est ꝛ ip̄a mūdo? Oīa ergo
q̄ in mōasterio hñtur sint oib⁹ cōia vt nulla dare āt
accipe aliqͣ ꝑsumat sine iussione abbatisse. Si q̄ se
cus fecerit regulari discipline subiaceat. Sz ne per
omēs veterū rłas discurrēdo tediū lectori ꝓlixioꝛ
sermo pariat/ex dictis sctōꝝ patrū ista ꝓduxisse suf
ficiat. Oēs ei ꝑsci ꝛ noui mōachoꝝ cuiuscūqz ordīs
ꝑncipes/i hāc sniam vnanimit ꝯuenīūt / q̄ peculiūꝫ
mōacho penit⁹ inł dicūt. Hic dñs nł aplis nō porta
re sacculū neqz peram in viā precipit/ vt ex hoc suc
cessores eoꝛum intelligant quēadmodum sine pro
pꝛio in cōmuni viuant. Erubescat homo claustra-
lis/qui vitam apostolicā profitetur/in cenobio con
tra votū suū viuere/et ꝓpꝛiū tot sctis interdicētib⁹

aliquatenus possidere/quando monacho peculiu᷑
vsq₃ adeo illicitum est vt viuus et mortuus extra
cõmunionẽ oim fratrum sit ꝓcul remouendus / si i
hoc vicio fuerit deprehẽsus. Quã piculosa in mõa
cho sit ꝓprietas nemo satis exprimere põt. Enimue=
ro periculũ quod ananie ꝛ saphire peculiũ retinen
tibus in corpore accidit/ꝓprietariis monoachis in
aïa quetidie contigit Moriũtur vt plurimum sine
vera pnia/qui cõtra monasticam institutionẽ pecu
lium possidere non verentur. Existimant eñ sibi li
cere quod illicitũ est ↄsensu superioris. cũ nec sũm⁹
pontifex licẽtiã monacho sup ꝓprietate possit idul
gere. Ve vobis ꝓprietariis qui votum vr̃m infrin
gitis/et iram dei contra vos ꝓuocatis. qm̃ leuius
habebunt fures et meretrices in die dñi q̃ vos / si
morientes in hoc vicio fueritis deprehensi. Nõ eñ
simplex crimen in monacho censetur ꝓprietas/vbi
multa inunũ crimina concurrũt Pactum cuꝫ deo
initũ frangitur/votũ solenne violatur / caritas fra
terne vnitatis spernitur/furtuꝫ ↄmittit᷑ / sacrilegiũ
ppetrat᷑. Vñ augustin⁹ dicit in regula. Si aliquis
rem sibi collatã celauerit/furti iudicio condẽnetur
Ad quid monacho cuiuscũq₃ rei ꝓprietas/qui nec
sui corporis ptãtem hꝫ/permittitur. Aut quõ alie=
nũ audebit presumere cui de suo nichil lꝫ possidere
Quisquis igitur bonus votiq₃ sui redditor inueni
ri desiderat/ quisquis in cenobio cõstitutus ad cele
stem patriã anhelat/quisquis inferni tormenta for
midat. aïam suam ab hoc vicio solerter custodiat ꝛ
nichil penit⁹ cõtra monasticã institutionẽ possideat
Oia ꝰo que ad victum et amictũ monachis neces

saria sunt/per abbatem non in pecuniis/sed inveni
filibus ministrentur. Hinc sanctus pater noster bñ
dictus in regula precipit dicens. Oia necessaria a
patre monasterii speranda sunt. Ab abbate igitur
necessaria speranda sunt/nõ supflua qr vbi necessi
tas ad vsum monacho pmittitur / superfluitas vt
crimẽ condẽnatur. Necessaria itaqз monachis ab
bas pvideat/superflua interdicat. Nec securum se
credat monachus / si abbate ɔsentiente supfluum
habeat. Qm̃ sicut mõacho hr̃e pprium interdicitur
ita cõcedere non necessaria abbas phibet. Et mo
nachus si rem aliquã non sibi necessariã nimia im
portunitate ab abbẽ suo extorserit. Valde sibi me-
tuendum est/ne tanq̃ pprietarius inde corã deo iu
dicetur. Nichil em̃ habere dз monachꝰ cõtra regu
lã/nichil ɔtra abbatis volũtatẽ. quippe qui suũ ni-
chil penitus estimare ɔcipit/cui velle et nolle p oĩa
denegat. Quicũqз Xo aliquid hз qd abbatẽ suum
latere desiderat/pprietatis viciũ in pectore clausũ
portat. Sed de his hactenus.

¶ Utrum abbas monacho possit conce
dere pprium. Capitulum. vi.

Quod monacho pprĩũ habere oĩno nonlicẽ
at/multis sanctoꝝ testimoniis pbauimus/
restat nunc vt ad sequẽtia pcedamus. Et
primo q̃dem nobis querendũ est/ vtruз in abbatis
sit arbitrio cũ monacho de peculio dispensare. Ad
hanc questionẽ/Xbis summi pontificis in principio
huius operis respõdimus. vbi testimonia iuris ca-
nonici in mediũ deduximꝰ. Sic em̃ papa dicit Nec
estimet abbas q̃ sup habẽda pprietate possit cum

aliquo monacho dispensare. qꝛ abdicatio ꝓprieta tis/sicut et custodia castitatis adeo est annexa re gule monachali/ vt cõtra eã nec summus pontifex possit licẽtiam indulgere Soluta est q̃stio/ et nega tiua necessario ꝯa cõceditur. Nũc ergo in q̃to pe riculo sint cõstituti abbates negligentes. ista consi derent qui contra regulã ꝛ ꝓhibitionẽ summi pon tificis ꝓpriũ suis monachis indulgẽt. Nõ est maior ptãs q̃ summi põtificis in ecclia. qm̃ qꝺ ille nõ põt absoluere/nemo alius poterit liberare. Cur igitur o abba teip̃m decipis. cur altiora te et penitus illi cita presumis? Quod papa facere se posse ꝺnegat tu qua temeritate vsurpas? Ecce cũ monacho ꝯtra institutionẽ monasticã dispẽsas vt habeat peculiũ cum id facere non posse audias põtificem summũ? Quẽ teip̃m facis? Nũquid tu maior es vicario xp̃i Quotienscũqꝫ monacho cõcedis ꝓpriũ/totiẽs fau torem te constituis vicioꝝ. Quẽadmodũ presumis alteri concedere/qꝺ tibi/sub eadem lege constituto minime licet possidere? Enimuero constitutis in ceno bio ꝓprietas oibus interdicit/dum in cõi viuere p̃ cipiuntur. Neqꝫ eñi de cõitate abbas excipitur. q̃ non dñs sed dispensator rerum monasterii cõstituit Oim itaqꝫ fratrum suoꝝ minister est. vt vnicuiqꝫ se cundũ necessitatẽ de cõi substantia tribuat. dñꝫ ꝯo rerũ neminem penitus cõstituat. Si ergo mõacho indulserit ꝓprium iam nõ dispensat illi necessaria. sed dominũ eum constituit substantie aliene. hoc re gula sancti benedicti ꝓhibet/que abbatem dispen satorem recipit non dñm. Sanctus autem benedi ctus abbatem sub regula esse precipit dicens. Oẽs

magistram sequantur regulam nec temere ab ea declinetur ab aliquo. Qui oēs sub regula cōstituit pfecto abbatem nō excepit. Deniqꝫ in capitulo de abbate sic loquitur. Ideoqꝫ abbas nichil contra preceptum dñi (qđ absit) docere debet aut constituere vel iubere. sed iussio eius ꝛ doctrina fermentum diuine iusticie in discipulorꝫ mentibus cōspergat. Abbas añt qui monacho indulget ppriū/facit contra preceptum dñi dicentis. Qis qui nō renunciauerit oībus que possidet non potest meus esse discipulus. Non seducat te abba male intellecta ptās. tibi regula certos limites ponit quos transgredi nemini licet. Ecce monachi tui vt fierent discipuli dñi subdentes colla regule oībus renūciarunt/nō licet eis quod dimiserūt repetere/neqꝫ ppriū vllatenꝰ possidere. Si male presumptioni consensum dederis/si pprium monacho concesseris contra preceptum domini. contra regulam sancti benedicti. contra decreta sanctorꝫ patrum. contra votum tuum facere consentiens. damnationi ppetue te obnoxium reddis. et ex seruis dñi atqꝫ discipulis. mancipia facis idolorum. Cupiditas eñ seruitus idolorꝫ describit q̄ cū in ceteris sit dānabilis in monachis precipue est criminalis. Oim claustralium in hoc regula cōsentit. vt nulli penitꝰ inter eos liceat aliqđ habere pprium. sed sint eis omnia cōmunia/ et distribuant vnicuiqꝫ ab abbate quod necessariū est. Quicūqꝫ hanc monastice cōmunitatis regulam violat/ pcul dubio se extra nūerum electorꝫ locat. et sua se temeritate grauiter dānat. Nunquā eñ monastice obseruantie puritas integra potest cōsistere/nisi oīno

in cōi studeāt conuersari. Enīuero dūm vnusquisqꝫ cōmodum suum temporale cogitat/caritas frater na exulat. Humilitas monastica perit obedientia regularis vacillat. Nusqꝫ eñi in religione securius viuitur/ꝙ si vnitas ꝑ oia seruatur. In quolibet ce nobio prelatus vnus ex regula constituitur a quo necessaria monachorum omia requirantur. Caueat itaqꝫ dispensator ne limites commissionis sue in di spensando necessaria confratribus excedat/ne vel infidelis existat. memineritqꝫ se ministrum reꝝ mo nasterii esse/nō dñm. Idcirco sicut ꝓpium aliis nō potest concedere/ita nec sibi peculiū vllatenus vsur pare. Distribuat singulis necessaria/nulli vero con cedat/nec sibi quidem superflua. Monachi eñi ha bentes victum tenuem et vestitū simplicem his de bent esse cōtenti. In dandis autem necessariis illa semper consideratio habenda est. vt qui plus indi get amplius accipiat / ⁊ nemo qui paucis conten tari potest de hoc murmuret. Illis autem qui in di uersis monasterii officiis constituti sunt/abbas ne cessaria quelibet potest concedere/eosqꝫ ad reddē dam rationē suo tempore obligare. Nec tñ ꝓpriū sibi monachi quicꝙ eorum existiment/que ratione administrationis possident/cum ad cōitatem ceno bii vel ecclesie oia pertineant. Quācūqꝫ eñi admi nistrationem monachus habuerit/ꝓpriū aliquod possidere ꝓhibetur. Nam et ipse abbas cum mo nachus sit/vouit et ꝓmisit paupertatem ex regula Et idcirco nichil sibi ꝓpriū poterit vendicare. - Si autem ꝓprium sibi vsurpauerit regulam violauit. Neqꝫ dicat abbas suum aliquid. non codex meus

nō ager/non villa/ non census.sed si tale aliquid est
coram hominibus dicere oporteat/noster / nō meꝰ
dicat. Etem̄ cum res monasterii cōitatis sint / et cō
munitas presupponit multos/nulli videatur ridicu
lum/si monachus aut abbas singularis persona di
xerit nr̄m. Ad cōitatez dicti sermonis refertur intē
cio. Neqꝫ puerilia sunt hec/que sanctos patres āti
quissimos tam studiose constat obseruasse/ vt penī
tentiam in transgressores prescriberent. Euidens
nāqꝫ in abbate superbie signum est/si suum aliquid
dicere frequenter consuescat Sicut em̄ abbatē ca
stitatis violasse votum turpissimum est/ita si ꝓpriū
aut ipse habuerit/aut indulserit monachis dānabi
le. Abbas itaqꝫ qui peculium monacho preter ad
ministrationem cōcesserit/preuaricatorem se mona
stice regule ostendit. Nec vllo modo excusat ꝓprie
tarios ficta illa resignatio/qua in plerisqꝫ monaste
riis claues aut scedulam in cena dn̄i ponūt ad pe
des abbatis:animo(ad dimittendum peculium)ne
quaq̄ resignato. Quid ista simulatio? Putas ne
monache vicium paupertatis te posse effugere:si sce
dulam aut claues peculii tui ad pedes abbatis ite
rū repetēdas posueris? Qualis est ista ꝓprietatis
resignatio/vbi abbas nil videt aut recipit de ipso
tuo peculio/et vbi quasi cogit̄ tibi mox reddere qđ
videris resignasse? Nonne tua te remordet cōscien
tia q̄ si ipm̄ tuum peculiū ab abbate scires exigen
dum easdem scedulaz seu claues inuitꝰ porrigeres
immo nisi coactus fortiter et angariatus idem pe
culium tradere noles? Non equidem vera est resi
gnatio:vbi volūtas actioni non cōcordat. O abbas

infelix/ q̄ ꝛ te decipis et tuos. Cur monachis ꝓprīū cōtra regulam indulges? Respondebis forsitā. Nō cōcedo monachis ꝓprium sed tm̄ necessaria ad vitā cosqꝫ admoneo vt cōcessis bene et regulariter vtā tur. Sed attende si ꝓprium negas/quid curam cō quirendi monachis que volunt non amputas? Ec ce alii domos separatas contra statuta ordinis in habitant. Alii aurum argentū/argenteos ciphos et aliam huiusmodi supplectilem per phas ne phas ve congregant/omēs fere priuatis cōmodis inuigilant. Ista ne ꝓprietatis vicio carent? Non nulli abbates certum dant monachis ꝓ vestimentis censum/certāqꝫ ad annum victualium porcionē et interea nullam de necessitatibus fratrum gerūt sollicitudinem nullam de nuditate pauperum monachorum habent verecundiam/sed dimissis in er rore ouibus/sua cōmoda sectantur. Aliqui vero ni chil prorsus seu modicum ꝓ victu ꝛ vestitu monachis tribuunt/quo fit vt nulla ꝑter nomē ꝛ chorū in plerisqꝫ cōmunitas. Et dum vnusquisqꝫ suꝑ sui curā gerit ī vite necessariis. abbas certe titulū sine ope portat dignitatis. Alii in cōmuni dant victū fra tribus/vestitum vero sibi quisqꝫ cogitur prouidere Nonnulli etiam ꝓprietatē monachis suis ꝓhibēt. quibus tm̄ vite necessaria non indulgēt. Quid oēs istos nisi preuaricatores monastice conuersationis dixerim. qui fratribus suis scd̄m regulam cum pos sint / in necessariis nō ꝓuident. qui eis peculium in dulgent qui monachis occasionē ꝓprietatis ꝓbēt? Ve vobis abbatibus et prelatis mōschorū q̄ oues xp̄i sanguine redemptas moribus vestris interfici

tis. qui monasticam vnitatem violatis. qui obseruā tiam regularē destruitis. Ve in q̄ vobis vite apris ce desertores. q̄m animas quas suscepistis regere in perditionem sinitis transire. In vos omis culpa monachor reuertitur: q: quos delinquētes debue ratis corrigere: nō timetis viciis supare. Ut em̄ li- cēter ipi peculiū possideatis libēter cum mōachis in vicio simili dispēsatis. Enimero si regularē obser uātiam diligeretis ex aīmo/tm̄ nephas nō permit teretis monachis. Non deo sed hoibus seruitis ad oculum: qui vos deuotos fingitis et regulam nō te netis. Si estis monachi cur in cōi oēs non viuitis? Enimero qbus esse dz aīa vna z cor vnū in dn̄o pro priū hēre penit9 interdicit. Monach9 em̄ qui pecu lium ɔtra regulā habuerit/votū suū turpiter viola uit/z nisi cōtrit9 pniam egerit: a sanctor cōsortio se alienū facit. Nisi em̄ monachus oēm substantiā mū di scdm regulam suā abiecerit. dignitatis sue voca bulū amittit. Dicit nāqz in euangelio dn̄s. Qui nō renūciauerit oibus q̄ possidet nō pōt esse me9 disci pulus. Et iterum Si vis esse pfectus. vēde oia que habes et da pauperibus et veni sequere me. Pri- mo volentem esse discipulum xp̄i oportet possessio nes huius mūdi derelinqre. vt in preceptis dei pos sit sine sollicitudine aliqua vacare. Idcirco audi o monache. Si vis esse discipul9 dn̄i. pīice abs te oēz sollicitudinē mundi. Viue in cenobio scdm regulaz monasticā. viue sub obedientia sine ppio. viue ca ste et hūiliter sine opprobrio. Quod si aliter q̄ pro misisti cōuersatus fueris/scias te ɔdēnādum a deo maxio quē irrides. nō te seducat abbatis tui licētia

vt peculium quodcunq; possideas/quoniam dispensatio illius non est licita/que deo/canonibus/et regule inuenitur contraria

¶ Contra excusantes proprietatis vicium. Capitulum.vii.

Sunt autem nonnulli qui se patronos viciorum stulta presumptione exhibent/et qui monachos proprietarios seuera districtione corrigere debuerant: perdita commiseratione excusant. Contra regulam monachis concedunt propria: et dum oues morbidas per zelum rectitudinis turbare metuunt/commissas sibi animas perdunt. O abba nutritor viciorum/proprietatis scelerate indultor/quid respondebis summo pastori cum a te suas oues requirerit? Quid enim respondebis ex omni parte accusatus? Qui rector animarum positus/vicia subditorum tuorum debueras arguere/non times scelerib' fomitem ministrare. Sed dices. Ego monachis meis proprium non indulgeo/sed vite necessaria concedo quo modo igitur peculium audes dicere/quod pure necessitatis est? Quid hoc dicis o abba? Ecce monachi tui/ipsi vestes sibi coguntur disponere. Permittis quod volunt suis pecuniis comparare. et instar mercatorum ad eorum libitum emere et vendere. Et nunc vbi manent statuta benedicti pape.xii.et capituli generalis que monachis necessaria prohibent in pecuniis ministrari? Si monachi sibiipsi prouidere necessaria compelluntur/ad quid prelati super eos constituuntur? Enim vero vt sine cura et sollicitudine rerum temporalium domino in tranquillitate mentis seruire possem.religionem ingressus sum. Si meipsum in ne-

cessariis corporis ꝓuidere rursus cōpulsus fuero/
malē ꝑmāsisse in scto. Nā monach⁹ curā sui nō ge-
rit sine ꝑiculo. Et q̄ renūciauit diuitiis mūdi / aurū
nō amat sine pctō. Quid pecunia monacho/qui ni
chil amare debuerat ī mūdo? Aut q̄ est necessitas
prelatū super monachos constituere/ si vnusquisqȝ
seipm̄ cogitur ꝓuidere Ve tibi rector monachorū
qui subditos tuos in egyptum nō times reducere
dum eos ꝓpriū ad priuatū vsum consentis posside
re. Ecce omnipotens deus cōmisit tibi ppl̄m suū de
tenebris egypti fugientē/quaten⁹ ꝑ desertū religio
nis/ad terrā repromissionis in celis eū debeas ꝑdu
cere/ꝛ tu vltro venientes facis in egyptum redire?
Quid michi excusationis inepte verba opponis?
Nunq̄d ratione administrationis fratribus tuis in
dulges peculiū? Monachi ne oēs administratores
sunt? Quid administrāt? Publica an priuata? Si
administrant' publica/dispensatio sup habenda pe
cunia ad rōnem officii tantum licita erit. Si autem
administratio nō publica sed priuata fuerit . posses
sio pecunie ꝓprietas erit. Qualis ergo est excusa-
tio monachoꝝ non officialium/q̄ ꝓprietatis sue vi-
ciū nomine administratōis palliare conātur? Quid
admīstratis o monachi? Cui necessaria disponitis?
Nōne vobismetipsis? Sane dū vnusquisqȝ curā sui
ipsius gerit in desideriis carnis: nonne proprietarii
estis? Tollite verba excusationis deus scrutatur in
tima cordis. Sed forsan dicitis. Non est dicenda
proprietas / vbi ad resignandum est prompta vo
luntas. Esto. Quando vos ad resignandum que
habetis promptos inueniam? Respondebitis omi

tempore. Quomodo verum ostenditis quod dicitis? Respondetis. Ex corde ad resignandum omnia/promptos nos in cena domini ostendim⁹ quādo rerum nostrarum claues ad manus abbatis nostri resignamus. Quare hoc facitis? At nos veros monachos pbemus. Falsum est. immo sententiam excōmunicationis ferendam in ppetarios timetis quam certe q̄uis horrendissimā et metuendissimam sic agendo non euaditis immo certe incurritis. propterea papa in decretali superius allegata phibet orōnes facere pro pprietariis. quod non faceret si non essent excōmunicati maiori etiam excōmunicatione. Cū enī ecclesia oret pro paganis/iudeis/hereticis: 7 scismaticis/ soli excōmunicati eius orationibus priuantur. Cum igitur pprietarii ab eius precibus priuentur/quid nisi quia excōmunicatione maiori excōmunicātur. Et nunc dic michi abba. Cur peculium non auferes monachis/ qui se ad resignandum promptos affirmant? Ecce quidam eorum tibi claues peculii sui custodes/ 7 cena domini resignaturos se offerunt. Cur illas non recipis? Alii per scedulas tibi q̄tum possideant innotescūt Cur illud nō repetis? Timeo inquis. Quid times? Monachos timeo. Cur illos? Quoniam scio q nō sunt ex animo resignaturi. Quid ergo? Tu aufer ab eis quod ostendunt habere peculium/et noli cōsiderare animū fictum. Iterum times. Quid trepidas? Quid moraris? Aufer quod offerunt/et fac eis non secūdum animi intentionem: sed secundum sui sermonis sentētiam. Non audeo inquis. Cur nō audes? Q2 contristare eos timeo. Cur hoc times?

Considera quid hely sacerdoti filios palpanti contigerit. Cur igitur non audes? Quia mala minantur/quicquid enim contra me excogitare poterūt facturi sunt/si proprium auferens cōsuetudinem eorum infregero. Proprium igitur quod ficto resignare offerunt animo/eis denuo indulgeo. quia indignationem eorum et furorem expauesco. Uidetis nunc o monachi quid abbas de resignatione vestra sentiat/quam fictam esse et vanam nullus vestrū ignorat. Et vere ita est. vana quidem et prorsus ficta est. quod si (quicquid es incredulior abba) adhuc resilis. hoc anno huiusmodi factum proba. et cum scedulas aut claues tradiderint/quicquid peculii habent in medium afferri iube/et saltem hac vice priuati maneant peculio. Tunc si huiusmodi resignatiōes hactenus ex animo fecerint / anno futuro facile comprobabis Sed rursum dicitis Quicquid tamē nos habere cognoscimus: ante mortem resignamus. O sera et tarda resignatio que non ex voluntate oritur: sed necessitate mortis vrgetur. Nam si forte conceditur diutius viuere: statim penitet mōachū proprium resignasse. Parum ergo resignatio peculii proderit: que initium ex morte sumit. Cessent igitur excusationes proprietariorum in peccatis. quia defēsioni locus non conceditur vbi crimen tam multiplici iudicio condēnatur. Proprium monacho lex diuina prohibet. ius canonicum peculiū religioso penitus interdicit. omnes sanctorum patrum regule clamant/monacho proprietatē prorsus illicitam.

¶ Quod ex ꝓprietate mōachoꝝ multa ma la ⁊ ꝑicula aīarū ꝓueniant. Capitulum. viii.

Monachi ꝓp̄etarii quātis se periculis ⁊ ma lis subiiciant: multorū actiōes ꝓbant ⁊ de illis quidē qui in cenobiis degūt vbi nulla ꝓrsus regularis vite obseruātia est / satis hacten⁹ diximus. Nam vbi tota ꝯuersatio monastica pīisse cernitur / nulla oīno de ꝓprietatis vicio cōsciētia hētur. De magnis igitur ⁊ famosioribus cenobiis interim loquamur / qui sub regulari disciplina cōsti tuti / hoc etiam vicio detestabili nōnūq̄ reperiūtur deprauari. Nec tū abbates excludimus / dum con tra istos disputam⁹. Oībus eñ dr̄ / quod ad oēs ꝑ tinere comprobatur. Oibus quoq3 fugiendum est qd oibus ꝓbatur interdictum / monachis eñ omi bus interdicitur ꝓprietas. Hoc aūt detestabile vi ciū / cum tepidā remissāq3 monachi semel possede rit mētem / tātis eum malis et viciis subiicit. vt ex cutere deinceps iugum eius nō facile possit. Quā obrem nullis paru⁹ / modice ve reputationis videa tur iste morbus qui sicut potest perfacile declinari / ita si quēpiā semel inuaserit / raro salutis remedia admittit. Astuta sunt argumēta dyaboli. Inpri mis nāq3 monachū de parua pecunie summa solli citans veluti rōnabiles ei falsos colores ob quos vel reseruare sibi aliquid ad necessitatem futuram debeat vel parare cōfingit. vt cū se victorē in par uis senserit ad maiora paulatim cōpellere incautū possit. Qui eñ etiā in minimo succūbit / quō victor in maxio erit? Postq̄ vero se dyabol⁹ in oibus au

ditum persenserit/grauiora cogitationibus imittit Conquisitis enim a monacho iam aliquot nūmis/vi detur sibi ꝙ in eodem cenobio diutius nō possit cō sistere/ ꝛ ꝑpterea oē quod viderit in displicētiam ꝛ nauseā reuocare assuescit. Abbatem durū inutilē ac negligentem iudicat. Fratres oēs vna sentētia tanꝙ sine caritate cōuersent dānat. Deinceps nul la peculii habeɫ conscientia dum quasi ꝓviatico sā ctioris vite querende/non creditur culpa. Itaqꝫ cū hostis antiquus huiuscemodi cogitatiōis illaquea uerit mētem oēs vias monachus excogitat quali ter vel vnum denariuꝫ acqrat. Offertoria furatur ꝛ vendit occulte quod rapuit. A parentibus et ami cis ꝑ aliquo cōmercio denarios petit et accipit. et sub specie religionis viaticū sibi fuge ꝓxime dispo nit. Instabilitatis sue consequutus iuuamē et sum ptus/paratus ad fugā/ insolēter abbati respondet ad oia. ꝛ tanꝙ peregrinū et extraneū se gerens. se moresqꝫ fratrū negligit. correctionis verba penit⁹ contēnit. Occasiones deinde contra ꝑlatū quib⁹ of fēdi irasciqꝫ debeat studiose perquirit/ ne leui casu motus/fugisse de cenobio estimeɫ. Neqꝫ tñ de sua infelicitate cōtentus est/sed alios etiam susurratio nibus clandestinis ꝙtum ꝑualet nititur depꝛauare ne solus videatur excessisse. Hinc abbas cassianus dicit. Cumqꝫ pecuniarum pondus monachum de= claustro/ veluti feralis quedam bestia de cetu gre gis segregās/pec⁹ oportunū ꝑde ꝯstitutōe sodaliū fecerit/ꝛ deuoratōi facilē cōtubernii ꝑuatione red diderit/eū q̄ pri⁹ opa monasterii leuia exercere de specerat/die ac nocte spe q̄st⁹ īfatigabiliꝫ laborare

compellit/non orationum solennia/ nō ieiuniorum modum. nō vigiliarū regulā custodire permittit. nō honestarum intercessionū explere officia sinit: dum mō vel auaricie rabiem satiare. vel quotidianis vsib⁹ possit occurrere. Cupiditatis ignē dū acqrendo extinguendū credit/ vehementius accēdit. Sicqʒ verificatur dictum apostoli. Radix oim malorum est cupiditas. Cupiditatis et peculii facibus semel accēsus mōachus/ nullā deinceps hūilitatis et obediētie virtutem in corde suo retinet. Caritatē nullā fraternitatis hʒ. Disciplinā in moribus nullā exhibet Indignatur ad oia. Ad singula que fiunt i cenobio murmurat. die ac nocte de nūmis cogitat. Elato capite pcedit in publicum. oculos circunducit instabiles/ ipatiens quietis angustiā celle declinat. Monasteriū (quā q̄ latissimū) carcerem putat. Iam nulla fuata reuerentia veluti equus ad precipiciū fert infrenis nec victu cuentuali/ nec solito idumēto cōtentus. nō se diutius hec toleraturū esse iportunis vocibus clamitat. Ad seruiendū deo locū cenobii inconuenientē conqueritur. negligentes fratres et indisciplinatos vociferatur. Se cōmorari his. sine salutis dispēdio minime posse lachrimat. Nā si quo q̄ se nō celeri⁹ asportauerit: peritur ū se ptinus grauiter ingemiscit. Huius etem vicii tanta vis est. vt monachū quē in cōgregatione semel infecerit in pfundū malorum paulatim precipitet. Orōnes contēnit et vigilias. Fraternā caritatē deserit. correctionē seniorum vilipēdit. Semp anxius de peculio cogitat Uenire in lucē ppietatis sue crimē formidat.. Loca tutiora p cōseruādo peculio explorat. De qbʒ

parū existimat. Appetitū ad lucra potiora laxat; O maledicta monachorꝝ ꝓprietas/q̄ nō min⁹ pos=sidet/q̄ꝫ possidetur. Quecūqꝫ em̄ semel cepit/oī ob seruātia et disciplina regulari nudū et aduersariū facit. Non solū aūt in pecunia censet esse ꝓprietas/ sed in oī quoqꝫ re q̄ pecunia comparat et venditur Monachus ergo ꝓprietarius potest eē in minimo sicut alius in magno. qꝛ si paruū q̄d/ꝯtra rl̄am sine abbatis ꝓuida licētia possidet/sine dubio ꝓprium tenet. Jccirco regula dicit Nichil oīno mōachus ꝓ priū h̄eat. Sane vbi nichil haberi ꝑmittit/oīs rei ꝓprietas aufertur. Errant itaqꝫ et pecant in regu lā/qui monachos minima q̄qꝫ sicut tabulas/mapu las/lintheola ꝛ hmōi(q̄uis minima) dare aut acci=pere posse absqꝫ ꝓuida licētia abbatis existimant Sūt em̄ nōnulli etiā inter monasteria magne repu tationis/qui preter necessitatē ī cellulis suis mul=ta priuata possident/ꝓ quorꝝ vsu necessario haben do/nullā ab abbate licētiā recepunt/putātes ea ic circo nō esse ꝓpria. qꝛ precio sunt parua Sed hoc tn̄ admittit rl̄a sancti bn̄dicti q̄ nichil oīno h̄ere sine ꝓ uida licētia cōcedit. Quisq̄s ergo monasticū ꝓpo situm custodire ad regulā desiderat/nichil penitus qđ abbas nō dederit aut permiserit retineat. ne vi ciū ꝓprietatis qđ aliū ꝯmittūt in pecunia/ipe gra=phio incurrat aut tabula. Nusq̄ꝫ em̄ tutior est con scientia monachi/q̄ꝫ si nuda penit⁹ fuerit ab oī sub stantia mūdi. Quicūqꝫ vero aliq̄d q̄ꝫtūlibet paruū qđ abbatē suū velit celare possidet/peculii vicio re us iudicatur. Oīa em̄ cū scitu ꝛ volūtate abbatis ī monasterio agenda sunt. Nec tn̄ aliquis fiduciam

adsumat peculii retinendi/hui⁹ ptextu q̄ regula ꝓpriū ꝓhibendo quasi excipiēdo adiunxerit/nisi qd abbas dederit aut pmiserit. Sȝ ɔsideret quō rḡa ex p̄ssissime ꝓhibuerit mōachū hēre ꝓpriū/nullā oino rem neqȝ codicē/neqȝ tabulas/neqȝ graphiū:sȝ nichil oino. Immo certe cōsideret quō si etiā regula pmitteret mōachū peculiū seu ꝓpriū qd idē ē possidere pmissione abbatis. Cū tn̄ sūm⁹ pontifex q̄ est supra regulā ⁊ supra rḡe ɔditorē/cui⁹est eā moderari ⁊ interp̄tari/illd̄ ꝓhibet. Clarū ē q̄ null⁹ nec ipse beat⁹ bn̄dict⁹ ɔtra hmōi interp̄tationē ⁊ ꝓhibitionē sūmi pōtificis qc̄q̄ agere seu pmittere pōt. Sic ēnī ait ipe sūm⁹ pōtifex. Prohibem⁹ districte in v̄tute sctē obediētie sub attestatiōe diuini iudicii ne q̄s monachoꝝ ꝓpriū aliquō possideat nec estimet abbas q̄ sup hn̄da ꝓprietate possit cū aliquo mōacho dispēsare q̄ȝ abdicatio ꝓprietatis sicut ⁊ custodia castitatis adeo est ānexa rḡe monachali/vt contra eā nec sūm⁹ pōtifex possit licētiā idulgere. Et ꝓpterea fr̄es carissimi ante oīa cauete hoc vicium per quod monachus incurrit oē malū. Quicūqȝ eī animam suam hoc scelere fedauerit/nunq̄ nisi penitentiā agat securus in cōsciētia q̄escit.

¶ Quēadmodū monachi debeāt hēre necessaria. Capitulum.ix.

Omnia necessaria a p̄re monasterii sperāda sunt.qm̄ q̄ minister cōitatis monastice cōstituitur/ ꝓuidere necessaria monachis tenet̄. Oportet ergo dispēsatorē substātie mōasterii fidelē esse ⁊ ꝓuidū/⁊ imitari exēplū apl̄oꝝ vt distribuat vnicuiqȝ sine personaꝝ acceptione qd opus hȝ. Nō

pteponat cōmodū suū necessitatibus fratrū/ ne ꝛ ip se incurrat ꝓprietatis nefādē piculū. Qualia sub= ministrat necessaria monachis/ talibus vtat̄ ꝛ ipse. Nō eīn decet ꝓuisorē seruoꝝ dei/ neglectis illis/ epu lis vacare lautiorib⁹. qꝛ dū suā ꝯmoditatē pastor p̄ ponit vtilitati ouiū: murmurationē in se ꝯcitat sub ditoꝝ. Ubi ergo oīa debēt esse cōia/ nec abbati licet querere p̄uata. Rector itaqꝫ mōachoꝝ q̄ neglectis necessitatibus fratrū epulis ꝛ potib⁹ lautiorib⁹ va cat/ in rl̄am cōitatis peccat. Queādmodū ergo ꝓ= uideri sibi desiderat/ ita quoqꝫ necessaria mōachis ꝓlat⁹ impēdat. Mōachi xo ita necessitatibus suis/ concessa indulgeant. vt cōitatis regulam minime corrumpant. Nichil penit⁹ sine ꝓuida ꝛ discreta ab batis licētia mōach⁹ hēat. Cōmunia p̄uatis anpo nat ꝛ ad volūtatē abbatis scd̄m rl̄am monasticā et sc ꝛ indulta ponat. Si de pmissiōe supioris codicē ymaginē vel hmōi aliq̄d in cella possidet/ nouerit si bi vsū rei pmissū/ ꝓꝓetatē xo seu dn̄iū ꝓhibitū. Et iō ad resignādū sit ꝓmptus in aīmo/ quotiēs a p̄re lato super his iuxta regulam fuerit requisitus. Ca ueat tn̄ abbas ne mōachos sibi commissos turbet ꝛ contristet sine causa. Oim eīn suoꝝ actuum deo se nouerit rōnem esse redditurum. Enīuero q̄ sine cul pa pōt cōcedere/ nō debet cum periculo denegare. Suscepit eīn infirmoꝝ curam nō fortiū. Unde ne= cesse est vt maxia prudētia fulgeat / ne aliquē ex si bi commissis perdat. Uarii naqꝫ sunt affect⁹ mona choꝝ. ꝛ in vtrāqꝫ ptē flexibiles. et nisi abbas caute et prudenter se inter eos hūerit. dissensioni et mur= murationi fomitē ministrabit. Memor itaqꝫ sit infir

mitatis ꝓprie/et facile ꝯpatieꝛ aliene. Hec dixeriꝫ nō ꝙ debeat monachis ad vota eoꝝ/ q̄que concedere. sed necessaria scd̄m r̄lam ꝓuidere. Facileꝙ̄ ad obseruātiam regulareꝫ monachos suos poterit cōpellere/q̄ ea q̄ necessaria sūt eis curauerit ministrare. Qui aūt negat necessaria corporis/frequenter audit verba murmuratiōis. Ante oīa vero abbas caueat ne monachis necessaria in pecuniis cōcedat. qm̄ qui sine sollicitudine mūdialium rerū diuine cōtēplationi debent insistere/indignū valde ē si necessaria sibi corporis coganꝫ ꝓuidere. Ordo eī monasticus ad hoc institut⁹ agnoscit/ vt segregati a mūdi curis mōachi/ sine īpedimēto diuina cōtemplēꝫ. Abbas aūt sup monachos iccirco cōstituiꝫ/vt ei⁹ et doctrina et sollicitudine pascanꝫ. Sed de his hactenus dixisse sufficiat.

¶ Cōtra hoc ꝓprietatis viciū admonitio. Capitulum.x.

Attendamus itaq̧ fratres ꝓpositū nostrū qō ingredientes cenobiū assumpsim⁹/ᷓ animas nostras ab hoc ꝓprietatis vicio sollicite custodiam⁹. Si agonē spiritalem legitime certare volum⁹ hūc quoq̧ ꝑniciosū hostē a cordibus nr̄is extrudam⁹. De quo hec erit sūma victoria triūphusq̧ ꝑpetu⁹/vt queadmodū in cōstitutōib⁹ p̄rm precipiꝫ nec minima quidē re/conscia monachi pollnaꝫ. Caueamus ꝑicula q̄ huic vicio sēp sunt ꝓxia. Impossibile nāq̧ est eū q vict⁹ī exigua stipe cōcupiscētie semel in corde suo radicē susꝑerit/ nō maioris desiderii ꝑtin⁹ incēdio ꝯflagrari. Ut aūt hoc viciū radicit⁹ āputeꝫ de mōasterio deneꝫ ab abbē oīa q̄ ne

cessaria sūt mōachis. Monachi sum⁹ ⁊ xp̄m imitari scōm r̄lam p̄cipimur/ vt in celestibus regnis volū-tarie paupertatis p̄emia cōsequi mereamur. Cur ergo aliquid in mūdo cōtrariū nr̄o p̄posito q̄rere-m⁹. qui thesaurū in celis expectam⁹? Enīuero si cu-pim⁹ esse discipuli christi vilescant nobis necesse est diuitie mūdi. Dicit nāq₃ ap̄ls. Nemo militans deo implicat se negociis sclr̄arib⁹. vt ei placeat cui se p̄-bauit. Et ī euāgelio dn̄s Qui nō renūciauerit oīb⁹ q̄ possidet nō pōt me⁹ esse discipulus. Difficile nāq₃ est diuitē intrare in regnū celoꝝ. Beati ergo illi cen-sendi sunt qui mūdi voluptatibus illudētes/ cūctas diuitias eius/ forti aīmo p̄tēpserūt q̄ cenobiū igres-si/ salutare dn̄i cum silentio et patientia expectant. De quib⁹ dicit. Qui reliq̄rit patrē aut matrē/ fra-tres aut sorores/ domos aut agros p̄pter nomen meū/ cētuplū accipiet ⁊ vitā eternā possidebit. Ma-gna dei nostri p̄missio. sed maria ⁊ oī desiderio con-cupiscenda possessio. Facile cōtēnit oīa/ q̄ huius p̄-missionis donū nūq̄ obliuiscitur. Ecce fratres mei eduxit nos iam de egypto gratia dei/ vocās de mū-do ad sanctum ordinem/ curādū nobis est ⁊ oī stu-dio laborandū/ vt per desertū huius vite ambulā-tes/ viam trium votoꝝ substantialium nullo vnq̄ tempore deseramus. Iter eñi salutis nostre ad ter-ram p̄missionis/ est obseruantia mādatoꝝ dei/ ec-clesie catholice et ordinis nostri. Si q̄s e nobis (q̄d absit) hanc viā ambulare contēpserit/ transgressor sui voti erit/ ⁊ terrā scīe repromissionis nō videbit.

Finis

Clereuaulx

¶ Carmen Rutgerii sicambri in librum
reuerendi dñi Johãnis tritemii abbatis.

Hunc percurre librum si vincla monastica stringũt
Nam ꝓprii vicium/duriter ense ferit
Faminis ense loquor/scripti quoqꝫ.colligit oẽs
Vires.impulsa vt concidat ipsa lues.
Adducit veterũ veneranda scripta virorum
Quis ꝓprii vetitam.comprobat esse luem.
Et scriptura sacra vetat omnẽ ꝓprietatem
Voti constrictis relligione pii
Quinetiam cunctis monachis ius ꝓprietatis
Omnia diuina(perlege)iura negant
Hoc motus vicio/veterum tritemius abbas
Normas perspexit.et pia iussa patrum.
Conueniunt omnes scelus ingens proprietatis
Cõclamant/presens edocet ista liber.
Tu modo quisquis eris/noxam fuge ꝓprietatis
Sic scitis veteres/constituere patres.
Hoc faciens/mercede bona donaueris ipsum/.
Codicis auctorem/talia dona parans/

In eundem librũ carmẽ elegiacum
theodorici gresemundi iunioris.

Quisquis ades secli cõtemptor quisquis anhelas
Viuere sacrata in relligione deo
Hunc lege. nam monachis nil ꝓprietatis habẽdũ
Suadet/quod secum noxia multa trahat.
Cesset inanis opum.cesset mala cura peculi
Que tempsit monachus/cesset amare bona
Ergo legens docti saluberrima scripta Iohãnis
Tritemii fugias exiciale malum.

¶ Fructuosa admodum peroratio de cura pastorali a reuerẽdo ac deuotissimo abbate dño Johãne tritemii edita incipit feliciter

Accedenti michi hoc stadium dicendi prestantissimi patres nichil tam oportunũ et vestro senatui dignũ occurrit ꝗ̃ si de aiaꝝ cura loq̃mur. Vos enĩ xp̄i ouiũ estis pastores q̃ nõ solum vosmetipsos a viciis ꝛ sceleribus custodire iubemini/sed etiã pctã subditoꝝ iuxta regulã mõasticam sollicite amputare. Ad hoc dei ꝓuidentia vos mõachoꝝ gubernatores cõstituit/ vt aias eoꝝ mundas sanas et integras ad celi palacium reducatis. Enimero quãtũlibet sancta monachorum sit congregatio/sine vigilãtia pastorum sana diu non potest consistere/nec temporaliũ rerum ordinatio permanere. Libertas claustralib⁹ perniciosissima/ obseruantiam regularis discipline de monasterio eiicit/substantiam temporalem turpiter consumit Virtutes de corde monachi penitus eliminat. habitaculũ viciis parat. Da libertatem infirmo mõacho/et monachus non erit. Multi sub abbatis imperio cõstituti oipotenti deo quiete seruiũt/quibus si agendi libertas a rectore permittitur/mox in turbationes varias mentis infirmitas ec̃citatur. Sola enĩ male presumpta libertas est/ que regularem obseruantiam in deformitatem pessimam commutauit. Et quidem inter claustrales reprobos ꝓ mala libertate summa contentio geritur q̃ si mõachis

a rectore semel pmissa fuerit/ iā deinceps reuocabi
lis non erit. Oportet aūt monachoꝝ quosdam esse
rectores quatenus dū presumptioni auctoritas cor
rigēdi opponiꝫ/peccādi audacia conteraꝫ. Nam si
cōtinua prelatoꝝ sollicitudo infirmis monachis de
fuerit/oīs religionis obseruātia perit. Maxia igiꝫ
sollicitudine curandū est. vt is qui rector alioꝝ con
stituiꝫ. sapiētia simul ꝛ religione decoreꝫ. Nam sicut
ruina populi sūt sacerdotes mali/ita certissima mo
nachoꝝ destructio/est rudiūꝫ maloꝝ abbatum indi
screta pmotio. Oim enī actionū difficillima. ꝛ picu
losissima est aiaꝝ custodia. que nō pueris non rudi
bus nō carnalibus/sed viris prudētibus et spiritua
libus est cōmittenda. Neqꝫ enī parua res est aias
regere/mōachos affectione ꝛ volūtate porro diuer
sos/in vnitate monastica cōseruare. oim quoqꝫ ifir
mitates patienter tolerare ꝛ a nemine supportari.
Prudētibus eque et iprudētibus succurrere. ꝛ qđ
difficillimū est/ oim se morib⁹ sine offensiōe penitus
cōformare. Rursus oim subditoꝝ tēptatiōes pasto
rali sollicitudine in ppriā (vt ita dixerim) transfer-
re psonā singulisqꝫ cōuenienter adhibere remedia
Scire oportune delinquētes arguere. Nosse etiaꝫ
qñqꝫ prudēter dissimulare. nō rudiū. nō carnaliū. nō
pueroꝝ est op⁹. sed prudētū. sed deuotoꝝ. sed viroꝝ
in multis exptoꝝ. Si viro rudi. carnali et inexpto
regimē aiaꝝ cōmittitur / cito disciplina monastica
dissipatur/qꝛ dū vicia viciosus arguit/ nō emendat
infirmos/sed exemplo malo potius occidit Admo
nendi sunt igiꝫ aiaꝝ pastores vt periculū suū ɔside
rantes sollicite caueant oues sibi cōmissas triplici

pabulo pascant/vt eos quos verbo sancte predica
tionis edificant/etiam bonis moribus precedant. ꝛ
quibus anctoritate regiminis p̄sident / vite quoq3
necessaria subministrent. Sed antea q̄ ceptum ad
pastores aiaꝝ ſmonē ꝑtrahamus/laudabileʒ ꝛ ꝑr
sus necessariā antiquitatis ꝯsuetudinem innouem⁹
et q̄ nō sumus sufficientes ex nobis aliquid boni di
cere/virtutem bene loquēdi a s̄umo deo precibus
curemus impetrare. ❡ Si quis v̄rm patres mira
tur q̄ꝑpter consuetudinē eoꝝ q̄ ante me in capitu
lis generalibus porarūt. planā. lucidam ꝛ vacuam
allegationibus orōnē sum habiturus/is morē h̄uc
veterū et meā intentionē animaduertat et nō soluʒ
nō mirabitur/sed etiā iustissima rōne factū intelli-
get qđ antea mirabatur Uestigiis antiquitatis nō
sine causa ihereo/ qui sanctos patres ꝛ doctissimos
quosq3 viros hoc genere dicendi scribendiq3 vsos
nō ignoro. Quid enī ꝓdest ī rebus manifestis testi
monis scripturaꝝ adducere/ꝛ allegationibus sup-
fluis orōnem lacerare? Placet itaq3 michi ꝓcessus
veterū/qui sanas/integras/ꝛ cōtinuas orōnes edi-
derunt qui suo potius q̄ alieno sp̄u porarūt. quoꝝ̄
dū exēplis inhereo: nullas imperitoꝝ detractiones
ꝑtimesco. Ad scolas orandi mod⁹ huius tēporis ꝑ-
tinet/nō ad cetū prelatoꝝ. Iste aūt orandi mod⁹ ad
ꝑsuadendū est aptior/ quē allegatio nō īpedit. queʒ
curiositas nō corrumpit. Allegatio enī orationē in-
tercipit/sensū/sentenciasq3 cōfundit/ꝛ fructum audi
ti sermonis tollit. Et quidē scripturas corā doctis
viris allegare supuacuū est/corā īdoctis viciosū. Il
li enī non cupiunt ꝛ isti non intelligunt. ❡ De ani

maꝝ itaqꝫ cura dicturus vetustatis traditionem ꝓ viribus obseruabo. vt oratio q̄ ꝓpt̄ ingenii paupꝫtatem in se non est satis tinnula/ nequaq̄ allegatōnibus fiat scabrosa. Nō eñ ad docēdū pastores accessi/sed ad monēdum. qm̄ qui me lōge doctiores sunt/nō doctrinā ab imperito / sed exhortationem potius requirunt. Itaqꝫ vos aiaꝝ pastores admoneo/vt si oīpotētem deum diligitis ei⁹ oues vobis cōmissas ad vite pascua dirigatis. Huius sancte sollicitudinis norma vnicuiqꝫ in sacro euangelio pastori cōmittit̄/vbi apostolorū principi totu⁹ ecclesie regimen trina īterrogatōe cōmendat̄. Simplex amoris ꝯfessio in pastore aiarū nō sufficit/a quo summ⁹ pastor pastionē triplicē reqrit. Si tercio vtrū diligas dn̄m interrogat⁹/verū amorē ꝯfessus fueris etiā tercio curā ouiū suscipe iuberis. Ac si tibi dn̄s dicat. O abba. si me diligis/oues meas triplici pabulo suscipe pascendas. Pasce v̄bo/pasce exēplo pasce alimēto. Hec tria pastori claustraliū oīno sūt necessaria/quoꝝ si vnū defuerit/pastor inutilis erit Et quidē de his tribus pascendi cōditionib⁹ tota series orōnis est ꝯtinuāda. Pasce verbo. ¶ Quisquis itaqꝫ in pastorē aiarū assumpt⁹ es/q̄squis vice xp̄i monachis in cenobio p̄sides/ sedulo cōditionē dignitatis tue ꝯsidera ⁊ quāto subiiciaris periculo pēsa. Sēp cogita officiū tuū pastorale districte rationi obnoxiū. ⁊ scito ꝙ pro singulis aiabus tibi cōmissis te supno iudici nō post multos dies oporteat respōdere. Eniuero quot aīme sub magisterio tuo vel negligētia vel ignorātia tua pierit ꝓ tot districto examini obnoxi⁹/⁊ ip̄e iudicaberis dānād⁹

Speculatorē dedit te summus arbiter deus seruis suis claustralib⁹/quaten⁹ in eminētiori / doctrine ꝛ cōuersationis sanctissime specula posit⁹/oīm subiectoꝝ tuoꝝ mores ꝯsiderās. singulis futura ꝑicula quasi ex alto clamās/denūcies//peccantes a male ceptis auctoritate pastoralis officii cohibeas. ꝛ mala q̄ sequūtur reprobos mores/sine intermissiōe subditis ostēdas. clama fortiter pastor / o abba ne cesses. Denūcia monachis tuis futura tormēta peccātiū· qm̄ si quispiā te dormitāte perierit/ a te sanguinē ꝑeuntis de⁹ oīpotēs reqret.; Clama itaqꝫ fortiꝑ qꝛ necessariū est/clama incessāter / clama viriliter. De tuo periculo agitur. Subditoꝝ dānatio tibi īputat. ꝛ ob id a clamore tuo nullo vnquā tp̄e desistas/si dānationis sentētiā formidas. Maxia tibi o pastor vigilantia ꝛ sollicitudine opus est ne hostis aiaꝝ quēpiā te dormitāte circūueniēs iterimat/ ne infirmos quosqꝫ eterne dānatōis laq̄o capiat. Ne fortes aio subdole frāgat. Uigila sēp sup custodiā gregis tibi cōmissi. ne lupus te negligente oues infirmas possit īuadere. quas tibi sub ꝑiculo capitis tui posit⁹ es custodire. Idcirco iuxta sanctissimi legislatoris nostri sentētiā oportet te doctū esse lege diuina. vt scias quē oportune debeas ꝓferre ſmonē. ne aut tacēda impꝛite ꝓferas/ aut a ꝓferēdis ꝑniciose conticescas. Hoc tibi prime cōmissionis pastoralis officii ꝯsideratio ꝑcipit/ q̄ vt sancte admonitōis xbo pascas/tibi subiectoꝝ aīas discernit. Cognosce te infirmoꝝ curā suscepisse nō fortiū. Pastorem te exibeas nō lupū. medicū aiarū nō tirānum. Imitare sollicitudine artē medicine. vt quēadmo-

dũ variis vnguentis medici vtũtur corporũ/ ita et tu diuersis remediis morbos cures. aiorum. Ille q̃ dévnguẽtis ad bonã valitudinẽ reducit/ iste fortiori remedio curatur et medicina q̃ illi est vtilis / isti fieret mortalis. Sȝ medic⁹ doct⁹ et expertus congrua singulis morbis nouit adhibere remedia/ quẽ tu pastor ⁊ medicus aiaꝝ iuxta sancti apl̃i vocem imitari studeas dicẽtis. Predica verbũ/ insta oportune/ importune argue obsecra/ increpa in oĩ paciẽtia ⁊ doctrina. Hec est norma sollicitudinis sancte pastoralis. Hec est institutio monastice honestatis vt rector q̃ medic⁹ aiaꝝ ꝯstituit/ huic forme iprimatur. Igitur o presul mõachoꝝ. hãc formã regiminis tui cõsidera. ⁊ scdm eı⁹ istitutionẽ cõmissos tibi monachos guberna. Predica subditis tuis q̃ sit regularis vite institutio. doce q̃s sit scte cõuersatõis modus. Premia virtutũ bonis ãnũcia. que maneant tormẽta reprobos clama. Insta oportune/ bonis ⁊ beniuolis q̃ sancta sũt p̃dicãs. Importune/ salutis vbũ negligẽtibus inculcãs. Peccantes infirmos argue fortiores ⁊ intelligẽtes obsecra. Cõtumaces et rebelles duri⁹ obiurga. Uerũtñ his oĩbus paciẽtiam ⁊ doctrinã adhibe salutarẽ. qm̃ correctio sine paciẽtia egrotãtis aimũ exulcerat. sine doctrina salutari minime curat. Hinc vir sapẽs prudẽtẽ aioꝝ medicũ. breui describẽs cõpẽdio dicit. Doctrina viri p̃ pacientiã dignoscit. Tu ergo q̃ pastor non lup⁹ aiarum esse desideras/ patientia simul et doctrina decoratus/ nõ peccãtibus sed petis irascendũ scias Cum ergo delinquentes quosqȝ fratres infirmos p̃ negligentiis corripis/ noli irasci. noli perturbari

noli frementibus buccis extolli. ne plus animi tui cōmotionē vindicasse videaris/ꝙ irā dei. Cū mā suetudine bonos et dirigibiles corripe odio habēs vicia non fratres. Contumaces vero et rebelles/ beniuolis admonitionibus tempta. qui si te mo= nentem audire cōtempserint/iam durius nō verbis mō/sed et penis regularibus sunt increpādi. Sem per aūt ꝓmptior sis ad suadendum ꝙ ad arguen= dū. qm̄ animus claustralis ad semitā rectitudinis sā ctis exhortationibus sepe reducit̄ q̄ seuera incre= patione multotiēs induratur. Attēde nois tui qua litatē. Conditionem assumpti regiminis cōsidera. Quid te maxie deceat sepe recogita. Abbas dice ris. pr̄ monachoꝝ. qui vices xp̄i agere in cenobio cōprobaris. Itaqꝫ pr̄em te agnosce subditoꝝ tuo rum non dn̄m/pastorem ouium christi/non patro= num. Et ideo rector monachorum constitutus/re= cognosce te monachum. et duplici ꝓfessione ad ob seruantiam regule obligatum. Cura nomen maio ris/factis adimplere. vt monachi tui qui abbatem te nuncupant operibus edocti. veraciter patrem agnoscant. Mansuesce rogatus/immo roga prior offensus. Considera te esse pastorem infirmarum ouium christi. quicquid igitur ad curam earum po test conducere/amore dei non metuas subire. Sa nitas animarum tibi commissarum totum te ca= piat/quam si operari contempseris/dānationi gra uissime subiacebis. Memento quid heli sacerdoti acciderit/qui delinquentes filios non corripuit. Pro eorū peccato dānatus est. qm̄ quos sacerdo tali auctoritate corrigere debuit/ꝑniciosa ꝯpassiōe

incorreptos dereliquit. Sic ꝛ tu abba/etiã si nulla i te pctã ꝯmiseris/ꝑ subditoꝝ culpis neglectis/dã nationi subiacebis.qm̃ q̃ custos aiaꝝ positus ire in perditionẽ aĩas ip̃as nõ ꝓhibes: iure dãnãdus es ab eo quẽ irrides. Quanta eruditio ꝛ doctrina scripturaꝝ in te relucere debeat:sanct⁹ pr̃ bñdict⁹ i regula clamat. Oportet inq̃t abbẽm doctũ esse lege diuina vt sciat in tp̃e noua ꝓferre ꝛ vetera. Imitet necesse est medicũ arte doctissimũ q̃ morbis nõ solum cõueniẽs nouerit adhibere remediũ. sed etiaꝫ cãs/picula ꝛ exit⁹ cuiuslibꝫ egritudinis sagacit indagare. Multe quidẽ corporibushũanis quotidie supueniũt egritudines /quas medic⁹erudit⁹ ꝛ exptus facile põt repellere/indoctus et nõ exptus potius augere. Sꝫ infirmitates aiarũ et nũero sunt plures/ꝛ arte potiores.qꝛ quot cogitationib⁹ malis/iterius delectabiliter mẽs tãgit/quasi tot morbis latẽtibus aĩa vulnerat. Sinautẽ cogitatio per uersa in verbũ vel actũ foras ꝓcesserit / iam latẽs morbus in tumorẽ exurgit q̃ nisi prudenter et sine mora curatus fuerit/paulatim auctus i perniciẽ totius corporis cõualescit. Ad hos aĩmi morbos remediũ ex arte cõpositũ variis modis requirit. Diuturna expertẽtia necessaria iudicat. qm̃ quisq̃s ad curãdũ egrotũ impitus accesserit/q̃tũ in se est non sanat sed occidit. Et q̃s tã idoneus vt latẽtes aĩmi morbos claustraliũ discernere possit? Aut q̃s etiã si discreuerit ad curãdũ inuenit dispositus? Multi multos sine morboꝝ discretiõe occiderũt egrotos. Maria igit eruditio doctrina / discretio et experiẽtia ad pastorẽ aĩarũ req̃ritur. vt nouerit singulis

morbis cõgrua adhibere remedia ne inexperientia scientiã destruat. ne ignorãtia remedia confundat. Adsit interim artis discretio/donec sine periculo experiẽtia discat. In arte qdem medicine multi sunt docti. sed pauci expti. Et inter pastores aiarũ doctos plerosqз. et in multis eruditos iuenire possumus sed peritos et in hac arte expertos paucos inuenim⁹. Et nichil ita nocet infirmis aĩmis/sicut inexpta sciẽtia pastoris. Nã inter morbũ et morbũ q nescit discernere/sepe ad grauiora picula infirmũз solet prouocare. Variis eĩ modis claustraliũ egritudines curantur. Iã auctoritate scripturaз prudẽs aiarũ medic⁹ vtit. Nunc psuadere infirmo q ad sanitatẽ pertinẽt rationibus conatur. Iam exẽpla et paradigmata veterũ ingerit. Nũc morbi causas et radices in corde fixas subtiliter exponit. Enimero quot' genera egritudinũ inuenerit tot remediorũз genera opponit. Iam infirmũ docet quẽadmoduз a morbo liberari debeat. Nunc putridũ mẽbrum ne totum corpus inficiat p ferrũ dure increpatiõis secat. Iam vino aspere correptionis cõceptã saniẽ vulneris eiicit. nũc mellislue adhortatiõis oleo ad sanitatẽ tenellũ debilem reducit Hec et his similia posse agere ad medicũ doctissimũ ptinet quẽ et erudito subditis venerabilẽ reddat/ et experiẽtia gratiosum. Quid in his facere poterũt rudes/ indocti et inclemẽtes/vbi se insufficiẽtes etiã fatenẽ doctissimi et mãsueti? Tremit viso morbo medic⁹ expt⁹ qd faciet impitus? Sed o tpa o mores. Hodie ad curã aiarum accedunt rudes et imperiti. Infirmorũ medici ↄstituũtur infirmi. q cũ alios curare sine sci

entia cupiũt/et se et alios pariter occidũt. O pa-
stores o abbẽs hui⁹ tp̄is qui nichil de scripturis sã
ctis ĩtelligũt. qui artẽ curãdi aĩas nesciũt. q̃ doceri
ab aliis ɔtẽnũt. Se dños fratrũ suoꝝ exhibẽt non
pr̃es/ĩterfectores aĩaꝝ nõ pastores. q̃ dũ ꝓpt̃ igno
rantiã discernere morbi qualitatẽ nesciũt: nõ reme
dia sed venena mortifera opponũt. Sancte exhor
tationis v̄bũ ĩpendere subditis nesciũt. Consolari
temptatos erubesciũt. Semꝑ p̄cipere/rogare nũq̃
didicerũt. Nichil de moꝝ institutione quib⁹ sibi cõ
missis predicant. De futuris bonoꝝ gaudiis nichil
annũciãt. De salute. aĩaꝝ nichil penit⁹ curant. Cul
pas delinquentiũ aut ꝑniciose dissimulant/ aut idi
screte et sine caritate emẽdant. Alii cũ auctoritate
subditis imperant· qui dũ moderamẽ discretionis
adhibere nesciunt/ad ĩpatientiã ꝛ rebellionẽ pusil
lanimes ĩpellũt. Alii ex ĩperitia timidi ꝛ ĩertes/ni-
chil subditis ad salutem p̄cipiũt/quos ire ꝑ repro
bos mores in interitũ ꝑmittũt. Alii zelũ habentes
discipline/tantis ignorãtie tenebris ĩuoluti sunt/vt
quẽadmodũ zelũ tp̄m exercere debeant/ad salutẽ
aĩaꝝ penit⁹ nesciãt. qui dũ emẽdare mores deliquẽ
tiũ cupiũt/ꝑ ĩdiscretã correptionẽ discipline obser-
uantiã corrũpunt. Alii differẽtias ɔplexionũ nesciẽ
tes/oẽs vno exhortationis genere aggredi statu-
unt qui dũ aptare personis s̄monẽ negligunt/ aut
nichil aut parũ vtilitatis ferunt. Alii dum aĩos sub
ditorum quibuslibet displicentiis cõmotos reduce
re ad pacem gestiunt/eos ꝑ imprudentiam cõmo-
tiores reddunt. Alii bonos ꝛ deuotos monachos

habentes.dũ eis paternum affectum ex ignorãtia
ꝛ elatione subtrahunt/paulatim in grauissimam
auersionem sui compellunt. Alii rudes ꝛ imperiti
se semꝑ i externis occupant'. qui dum alios ad in-
teriora conantur reducere.sepe contemptum ꝓ re
uerentia cogũtur reportare. Deniqꝫ sunt nonnulli
claustralium pastores/adeo rudes idocti ꝛ imperi
ti/vt de scripturis sanctis loqui coram subditis su-
is nichil oino valeant ꝓferre vel vnum sermonẽ la
tinũ erubescant. Quomodo queso oues sibi cõmis
sas sermone pascũt/q̃ de ṽbis dñi nichil itelligũt?
Ve pastoribus imperitis canibus mutis. prelatis
ociosis. Et vbi manet illa sententia sanctissimi pa-
tris nostri benedicti/duplicem doctrinam in abba
te querentis Facile abbas a subditis contemnitur
qui nulla scientie doctrina illustratur. Quicquid
fecerit/quicquid dixerit infirmi despiciunt.qui duz
rectorem indoctum et imperitum esse considerãt/
eius dictis fidem et confidentiam negant.Dum lo
quitur rident.dum imperat spernunt. dum mina-
tur contemnunt. Simea in solio/abbas seu prepo
situs imperitus i claustro. Ad illam pueri lapides
lutumqꝫ proiciunt. In istum subditi verba contu-
melie et irrisionis quotidie emittunt . Nomen pa-
storis portat sine opere/qui oues pascere negligit
dominico sermone Sed sicut bona conuersatio pa
